CORPVS

INSCRIPTIONVM LATINARVM

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITVM

VOLVMINIS QVARTI SVPPLEMENTVM

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMER
MCMIX

INSCRIPTIONVM

PARIETARIARVM POMPEIANARVM

SVPPLEMENTVM

EDIDERVNT

AVGVSTVS MAV ET CAROLVS ZANGEMEISTER

ACCEDVNT TABVLAE CERATAE

EDITAE A CAROLO ZANGEMEISTER

ET

VASORVM FICTILIVM INSCRIPTIONES

EDITAE AB AVGVSTO MAV

PARS II

INSCRIPTIONES PARIETARIAE ET VASORVM FICTILIVM

EDITAE AB AVGVSTO MAV

ADIECTAE SVNT TABVLAE LITHOGRAPHICAE TRES ET FORMA PARTIS POMPEIORVM EFFOSSAE

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMER

MCMIX

PRAEFATIO

Inscriptiones et parietariae et vasorum fictilium, quotquot post absolutum Corporis inscriptionum volumen IV prodierunt, omnes fere recens effossae descriptae sunt atque exceptis paucis editae et ab iis qui effossionibus praesunt et in actis Instituti archaeologici Germanici. Auctores pauci sunt.

Giornale degli scavi di Pompei, nuova serie. In volumine I pag. 281—288, vol. II pag. 1. 2. 34 quaedam edidit Carmen Barone; alia ibidem Eduardus Brizio. Quae omnia a Zangemeistero Corporis volumini IV *auctarii addendorum* nomine praemissa huic supplemento suis locis denuo inserui. Mox alia ibidem pag. 162—164. 180—182. 225—227 edidit Iulius de Petra, et vol. III pag. 18—19. 51. 98—103 Antonius Sogliano. Isdem commentariis inserta sunt acta effossionum diurna (*Giornale dei soprastanti*), quae tertii voluminis pag. 96. 133—135. 140—141. 166—173. 254 inscriptiones exhibent ab eodem Sogliano fere descriptas. In quarto volumine, quod ad finem non perductum est, nihil inest quod ad nostram rem faciat.

Notizie degli scavi di antichità comunicate alla r. Accademia dei Lincei per ordine di S. E. il ministro della pubblica istruzione. Continent inde ab anno 1876 et effossionum acta diurna et Sogliani relationes, quibus omnes fere inscriptiones his annis repertas et ab ipso diligenter et perite descriptas inseruit. Anno 1902, cum Sogliano a Pompeis abesset, Robertus Paribeni edidit titulos, plerosque ab ipso, paucos ab Hectore Gabrici descriptos.

In *Ephemeridis epigraphicae* voluminis primi (1872—73) paginis 160—174 vasorum inscriptiones ab ipso descriptas edidit Brizio, pag. 175—176 alias a Iulio de Petra (*Giorn. d. sc.* II 181) descriptas Ricardus Schoene, pag. 49—54 parietarias a Iulio de Petra, Eduardo Brizio (*Giorn. d. sc.*), Adolfo Trendelenburg (*Bull. d. Inst.*), pag. 177—181 ab ipso descriptas Zangemeister.

Bullettino dell' Instituto di corrispondenza archeologica. Anni 1871 paginis 175—176 quaedam ex iis quae Barone et Brizio (*Giorn. d. sc.* I. II) ediderant correxit A. Trendelenburg. Anni 1872 p. 164 R. Gaedechens duas inscriptiones pictas edidit. Inde ab anno 1874 ipse et de aedificiis effossis rettuli et inscriptiones a me descriptas edidi. Idem facere perrexi in eorundem actorum nova serie, *Mittheilungen des Kaiserlich deutschen archaeologischen Instituts, Römische Abtheilung*, inde ab anno 1886.

Iosephus Fiorelli duobus libris, *Gli scavi di Pompei dal 1861 al 1872, relazione al ministro della istruzione publica*, Napoli 1873, et *Descrizione di Pompei*, Napoli 1875, titulos nonnullos inseruit, inter quos paucos post editum vol. IV detectos, apographis usus et suis et Petrae et Sogliani.

Aloisius Viola relationi suae *Gli scavi di Pompei dal 1873 al 1878*, editae in libro *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio*, Napoli 1879, inseruit ex inscriptionibus et parietariis et in vasis fictilibus scriptis quaecunque ei alicuius momenti esse visa sunt, secutus fere apographa in ephemeridibus supra scriptis edita.

Aemilius Presuhn libro suo, *Pompeji, die neuesten Ausgrabungen von 1874 bis 1881*, Leipzig 1878. 82, paucos titulos inseruit ab ipso descriptos.

Anthologia Latina edd. Fr. Buecheler et A. Riese. Pars posterior: Carmina epigraphica conlegit Fr. Buecheler. Fasc. I—II. Lipsiae 1895. 97. Prodromum ediderat Buecheler: *Anthologiae Latinae specimen* I (Gryphisw. 1870). II (*Rhein. Mus.* XXVI p. 127). III (Bonnae 1876); hunc non citavimus. Parietarias metricas tum cognitas omnes in his fasciculis Buechelerus edidit ac docte et sagaciter illustravit, ibi quoque, ubi metrum non plene compareт, quid scriptoris animo obversari potuerit divinando quaerens. Non descripsit ipse titulos, sed editis fere, raro amicorum apographis usus est.

Hermannus Dessau libro suo *Inscriptiones Latinae selectae* (Berolini 1892—1906) aliquot ex his titulis inseruit et parietarios (5142—5147. 6398—6445) et vasis fictilibus inscriptos (8582—8602) usus huius supplementi foliis nondum editis.

Fridericus Carolus Wick Neapolitanus in libro *La fonetica delle iscrizioni parietarie, specialmente in quanto risenta dell' Osco e accenni all' evoluzione romanza*, Napoli 1905 (in *Atti dell' Acc. di Archeologia, Lettere e Belle arti*, vol. XXIII) egit de iis titulis qui a communi primi p. Chr. saeculi usu recedunt. Non ipse titulos descripsit neque contulit, sed usus est editis, neglectis tamen quae in *Mitt. d. röm. Inst.* per viginti fere annos edideram ego.

Idem Wick in libro *Vindiciae carminum Pompeionorum*, Napoli 1907, inserto eorundem Actorum volumini XXVI, egit de titulis parietariis metricis, hic quoque editis fere usus, nisi quod titulum 6635, lectu sane difficilem, diligenter nec sine fructu excussit. Hic liber dono scriptoris mihi allatus est cum iam omnia (praeter Auctarium Addendorum) typographo tradita essent; tamen quae adnotavit pleraque in Addendis memoravi. Nunc addo, quod me fugerat, in n. 1324 eum ex tabula XXVII 5 enucleasse, ut ipse dicit, "si mea vota valent" Ovid. Am. I 4, 66. Et "valent" quidem, quod habet etiam Garrucci, satis probabile est; de "omnia", quod et Mommsen et Garrucci clare descripserunt, dubitare non licet. Fuerit igitur: "omnia vota valent".

Igitur quae in hoc supplemento eduntur omnia fere ipse inde a mense Iunio anni 1873 quotannis mensibus aestivis Pompeis commoratus qua

potui diligentia descripsi, quae dubiae lectionis erant charta perlucida exaravi, adiutus summa eorum qui effossionibus praeerant et praesunt comitate, Iosephi Fiorelli, Michaelis Ruggiero, Iulii de Petra, Hectoris Pais, Antonii Sogliano. Parietarias mecum recognovit Zangemeister annis 1878, 1885, 1889, eas scilicet quae superstites erant; et ubi dico 'descripsimus' titulum a nobis coniuncta opera descriptum et collatum esse intellegas. Per idem tempus omnia fere quae prodierunt descripsit etiam Sogliano, cuius apographa si quando a meis discrepabant, inscriptiones denuo, ubi fieri potuit, inspectae sunt.

In edendo ita versatus sum ut praemitterem quae in vol. IV supplenda vel corrigenda viderentur, nisi quod *Auctarii addendorum* titulos (3256—3399) suis locis inserui. Novos ordinavi non secundum vias, ut in vol. IV factum est, sed secundum regiones et insulas, numeros secutus a Fiorellio eiusque successoribus inditos. Titulos carbone scriptos non pictis, ut in vol. IV, sed graphio scriptis adiunxi, quorum indoli propiores sunt. Litteras sensu destitutas, fragmenta nullius utilitatis, qualia in vol. IV multa recepta sunt (cf. p. XI § 36), fere omisi, nisi ab aliis edita erant. Quae autem dubiae lectionis essent, ad apographa charta perlucida delineata repraesentanda curavi.

Usque ad n. 6600 folia priusquam prelo traderentur legerunt Mommsen et Zangemeister. Utroque morte abrepto cetera solus absolvi. Indices a me confectos legit Hermannus Dessau et eo duce diligenter recognovit Carolus Heiter.

Formae Pompeiorum olim volumini quarto additae[1]) aliam substituimus quae oppidi partes usque ad annum 1908 detectas exhibet. In qua conficienda ut uteremur ea forma, quam Fiorellii iussu delineavit Iacobus Tascone, paucis abhinc annis mortuus, benigne concessit qui tum studiis in Italia praeerat Guido Baccelli. Tasconii forma (1 : 400), cuius partes tantum prodierunt una cum Fiorellii et Violae relationibus supra scriptis, ceterum inedita, ut melior est omnibus antea editis ita erroribus non caret, quos, ubi fieri potuit, correxi. Desunt adhuc in forma Tasconiana partes detectae post annum 1885, quas supplevi e formis a me quotannis confectis et editis in actis Instituti.

A. Mau.

[1]) In priore illa forma adumbratam habes totius oppidi figuram cum partibus nondum effossis, amphitheatro, via sepulcrorum quae est extra portam Herculanensem. Ibi quoque invenies nomina viis ante annum 1871 effossis indita, e quibus pauca et quae adhuc in usu sunt novae nostrae formae adscripsi.

CONSPECTVS HVIVS SVPPLEMENTI

INSCRIPTIONES PARIETARIAE

EDIDIT

AVGVSTVS MAV

ADDENDA ET CORRIGENDA AD TITVLOS IN VOL. IV EDITOS

AD PRAEFATIONEM (p. I—XII).

Ad pag. V col. 2 v. 11. Cf. Cic. de or. II 240: *tota Tarracina tum in parietibus inscriptas fuisse litteras LLL MM. Cum quaeres id quid esset, senem tibi quendam oppidanum dixisse: 'lacerat lacertum Largi mordax Memmius'.* Aristoph. Ach. 144: ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφ' Ἀθηναῖοι καλοί'.

Ad pag. VIII 23. Iohn Wordsworth in ephemeride *The Academy* Loudinii 1871, Sept. 15 p. 443 ss. censuram agens voluminis IV quaedam edidit ex iis quae Christophorus pater, postea episcopus Lincolniensis, Pompeis anno 1832 descripserat nec tamen ediderat (ex. gr. ad n. 1860). Mox schedas illas pugillaresque roganti Zangemeistero insigni benevolentia transmisit ut iis ad supplementum nostrum uti posset. Extant in his schedis, praeter ab ipso editas, nn. 54*. 45 v. 3. 4. 61. 64. 174. 176. 178. 202. 221. 234. 538. 694. 699. 710 v. 2. 3. 716. 720. 1105 v. 2. 1106. 1108. 1114. 1126. 1128. 1130. 1131. 1133. 1197.

Ad pag. X col. 1 v. 5. Fiorelli libro suo *Gli scavi di Pompei dal 1861 al 1873* inseruit vol. IV nn. 806. 807. 812. 813. 1069*a*. 1684. 1751. 2002*b*. 2005*a* v. 2. 2013. 2023. 2066. 2070. 2146. 2152. 2155. 2183. 2193. 2213. 2246. 2258*a*. 2310*k*. 2317. 2360. 2361 v. 3. 2396. 2398. 2400. 2400*a*—*b*. 2413*f. h. k*. 3149. 3151. 3198, in quorum lectione Zangemeisterum ubique secutus est.

Idem Fiorelli libro suo *Descrizione di Pompei* inseruit vol. IV nn. 41. 61. 67. 97. 103. 111. 113. 117. 128. 136. 138. 171. 178. 179. 183. 193. 194. 196. 202. 217. 226. 234. 246. 275. 301. 302. 309. 316. 317. 333. 497. 529. 530. 537. 538. 540. 542. 543. 548. 549. 567. 574. 597. 609. 611. 611*a*. 631. 632. 643. 645. 652. 653. 654. 661. 670 v. 2. 671 v. 2. 671*a*. 671*b*. 677. 680. 694. 710. 717. 721. 722. 725. 726. 727. 729. 731. 733. 734. 735. 736. 742. 743. 744. 748. 787. 789. 791. 792. 793. 794. 795. 799. 806. 807. 812. 813. 815. 836—841. 879. 882. 917. 918. 920. 935*a. b. d. e. i*. 950. 951 v. 1. 2. 960. 1015. 1041. 1042. 1059. 1069*a*. 1074. 1080. 1087. 1088. 1098. 1122. 1136. 1177. 1180. 1182 v. 1. 1190. 1216. 1226. 1234. 1291—93. 1305. 1314. 1392. 1393. 1418. 1430. 1435. 1450. 1451. 1454. 1458. 1459. 1474. 1477. 1520. 1527. 1539 una cum 1533. 1544. 1552. 1555. 1567. 1569—72. 1588—92. 1610—12. 1615. 1645. 1649. 1650. 1653. 1655. 1656. 1662. 1665. 1690. 1711. 1712. 1714. 1756. 1779. 1842. 1982. 1989. 1992. 2005*a*. 2013. 2016. 2018*c*. 2028. 2032. 2058—62. 2064—66. 2069—71. 2076. 2119. 2146. 2152. 2155. 2183. 2258*a*. 2310*b. k*. 2311. 2319*a. m*. 2321. 2331. 2345. 2355. 2361. 2380. 2381. 2383. 2395 not. 2398. 2400*a. d. e. f. g*. 2409*a*. 2414. 2450. 2452. 2455. 2457. 2461. 2464. 2465. 2483. 2487. 2951. 2978. 2983. 3112. 3113. 3146. Hic quoque Fiorelli Zangemeisterum fere secutus est, raro suis ipse apographis usus.

R. Garrvcci, *Sylloge inscriptionum Latinarum aevi Romanae reipublicae usque ad C. Iulium Caesarem plenissima*. Augustae Taurinorum 1877. Edidit in hac sylloge Garrucci programmata antiquissima vol. IV n. 7. 17. 23. 36. 39. 45. 48. 49. 60. 61. 62. 63. 64. 66. 73, et duo inedita, nisi sunt edita male descripta (ipsius nn. 1682. 1693), margini viae incisam 2307, graphio scriptas 1842. 2440. 2457 (cum adnot.). 2484, unam denique ineditam oppidi muro incisam, quae titulis 2494 ss. addenda est. Neglegentissime haec edidit, nostri vol. IV nulla habita ratione. Exempli gratia in titulo 36 (ipsius 1680) in fine v. 1, ubi ne unius quidem litterae spatium extat, addidit Q·V primas scilicet litteras v. 2 male lectas, quas suo loco iterum exhibet. Cf. etiam ad n. 48. Vix ulla igitur ei fides habenda est.

Bvecheleri Anthologiae fasciculis duobus continentur vol. IV nn. 538. 768. 813. 1069*a*. 1118. 1173. 1227. 1234. 1237. 1516. 1520. 1538. 1597. 1645. 1649. 1654. 1679. 1698. 1796. 1811. 1820. 1824. 1830. 1837. 1856. 1860. 1863. 1877. 1880. 1882. 1883. 1884. 1895. 1896. 1898. 1899. 1902. 1904. 1921. 1928. 1939. 1941. 1943. 1949. 1997. 2066. 2069. 2360. 3063. 3067. 3136. Poetarum versus aliunde noti enumerati sunt pag. 822 n. 1985.

Paulus Latapie Burdigalensis Pompeis fuit mense Februario 1776. Extat in bibliotheca municipali Burdigalensi eius *Description de Pompéi*, cui inseruit titulos vol. IV n. 99. 116(?). 787 ab ipso descriptos. Vd. C. Iullian in *Bull. épigr.* VI (1886) p. 199.

Adolphus Kiessling in *Jahrb. f. Philol.* 1872 p. 57—71 censuram voluminis IV scite egit.

Hugo Schvchardt in *Allgem. Zeitung*, Augsb. 1872, Ian. 12—14 (*Beilage*) = Schuchardt, *Romanisches und Keltisches*, Berlin 1886, p. 1—38. 427—428, censuram agens voluminis IV de inscriptionibus parietariis ingeniose disseruit.

Pag. X § 34 v. 2 post 'usus sum' adde: 'ex. gr.'.

AD INSCRIPTIONES LECTIONIS FALSAE VEL SVSPECTAE (p. 1*—

N. 3*. Scriptum erat haud dubie FVRES FORas; cf. n. 4278.

N. 12*. Lege: φιλῶ ἧς ὁ ἀριθμος . . . α. Numerus ita effectus erat, ut computarentur numeri qui nominis litteris significantur; eius Murrius nonnisi ultimum signum vidit, quod videtur fuisse α. Cf. n. 4839. 4861; Mau *Bull. d. Inst.* 1874 p. 90.

N 27*. De nominis forma Νατάλιος pro *Natalis* cf. Dittenberger *Hermes* VI p. 148.

N. 54* bis habet in schedis Wordsworth, qui ad prius apographum una cum 2048 et 2052 'in Chalcidico' extare testatur, i. e. in aedificii Eumachiae latere externo a parte viae *dell' Abbondanza*. Apographa haec sunt:

1. OVI MISIESFIDVCIT AMICVM
DEQ VIVERE ILISC FVGIORI

2. QVI MISI ESII DVCIT AMICVM
DEO VIVERE IIISCFLICIOR

1 v. 1 septima littera stilo cerussato P ex I facta est, coniectura credo: recte fortasse: *qui mi spe seducit amicum*. V. 2 quid sibi velit nescio.

N. 96* eadem esse videtur ac n. 3008.

N. 118*. PYRRHICVS . . ACTI? cf. 2155, 1. 6.

N. 134*. Dele: 'cf. n. 3201'.

AD PROGRAMMATA ANTIQVISSIMA (p. 1—7. 189—192).

N. 7 v. 2.

D·V·V·

Descripsi. D·V·V Garrucci Syll. 1690. Littera B quae haud dubie extitit, periit cum parte lapidis.

N. 11. V. 2: ARtoru, i. e. *Artorium*: est alia inscriptio.

N. 41.

CN VERCI . .
AEDI . . . . . .

Fiorelli *Descr.* p. 320.

N. 48. MA·HEREN·I Garrucci Syll. n. 1681. Estne n. 48? Garrucci sub hac inscriptione collocat titulum oscum Zvetaieff Syll. n. 84, quem tamen *Bull. Nap.* 1853 p. 149 in alia pila se legisse testatus est; et satis constat supra titulum oscum extitisse n. 62; vd. Mommsen U. D. tab. XI.

N. 51.

C·VVLIX AED

Descripsi.

N. 53. Nunc plenior apparuit.

C POP INER ·V
O V

Descripsi.

N. 54. Ita descripsi:

IOP·INER BEN
VINOVF

N. 2885 nunc plenior aparuit:

L. aqVTIXANVM

Descripsi.

N. 2886 nunc plenior apparuit:

m. arTORIX li *e* V *b*

Descripsi.

AD TITVLOS PICTOS RECENTIORES (p. 7—70. 192—204).

Pag. 8 col. 1 v. 17 a fine pro '37' scribe: 56/57.

Ad pag. 8 col. 1. De candidatis eorumque temporibus egit P. Willems, *les élections municipales à Pompéi*, Paris 1887, p. 90 ss. Qui quam fallacibus hac quidem in re usus sit argumentis, demonstravi, censuram agens illius libri, *Röm. Mitth.* IV (1889) p. 298 ss.

Ad pag. 9 col. 2. De *duumviris* vel *aedilibus u. u. sacr.* (3687) *p. proc.* egit Mommsen X p. 109, Zangemeisteri sententiam approbans. Ab aedilibus nude dictis eos diversos non fuisse statuit Willems l. c. p. 131 ss., cui assensus sum *Röm. Mitth.* l. c. p. 302. Adde quod X 819 aediles haud dubie II viri dicuntur. Fortasse aedilium nomini, usitato ante coloniam deductam, eam ipsam ob causam in colonia substituta est nova appellatio. Mansit tamen in usu privato, velut in programmatis et in titulis sepulcralibus (X 1273) et ante annum p. C. 56 (X 826) irrepsit etiam in titulos publicos. Ipsas notas Willems interpretatur: *viis aedibus sacris publicis procurandis*, quod probabilitate non caret.

Ad pag. 10 col. 2 v. 21. Candidati illi sunt potius collegii Iovis Dolicheni; cf. Mommsen ad vol. VI n. 413.

Ad pag. 11 col. 2. De electione magistratuum egerunt Willems l. c. p. 79 et Mommsen *Staatsr.* III p. 350, *Zeitschr. f. Rechtsgesch.* 1890 p. 304, quorum ille electionem a populo, hic a decurionibus factam esse censet, populo sola acclamandi facultate relicta. Programmata ne nunc quidem quidquam praebent quo res ad liquidum perduci possit.

N. 95 v. 1. CeRrIVM? cf. n. 483.

N. 99. CNE | POLYBIVM | CHYPARE Latapie. V. 1 alienus est. Recte CHYPARE, i. e. CYPARE. Chupari, i. e. cupari, male coniecerat Kiessling *Jahrb. f. Philol.* 1872 p. 65.

N. 117. M. Fabium Euporum habes in tabulis ceratis XXXVII, LXXI, XCII, XCVII, *M. Fabi Eupori Cnidium* in amphora 5535. Erat igitur negotiator vinarius.

N. 128. *Salinesibus* habes in inscriptione graphio exarata aedium V, 2, 4, n. 4106 ubi Crescens fullo Pompeianis, Stabianis, Surrentinis, Salinesibus salutem dicit. Fuisse eos credo incolas pagi vel vici qui extabat apud salinas Herculeas. Hae enim, cum essent vicinae paludi Pompeiae (Colum. X 135) et denominatae haud dubie a petra Herculis (Plin. n. h. XXXII 17), quam insulam Revigliano fuisse probabile est, et ad Stabias et ad Pompeios pertinuisse credi possunt. Non feliciter de Salinensibus egit Willems *les élections* p. 88.

N. 138 v. 3 quod traditur EX I IVLIS correxerat Zangemeister in EX *k* IVLIS, quia is est sollennis locationum dies. Mommsen in Brunsii Fontibus ed. VI p. 330 nihil mutandum censet, imprimis propter n. 1136. Sine exemplo tamen, nisi fallor, idus sola I indicatae.
v. 5 *cenacula equestria*]. Prelleri interpretationem, memoratam p. 193, recte nunc praefert Mommsen l. c., addens simili ratione 'nongentum tabernas' explicandas esse in titulo n. 1136, ad quem vide.

N. 139 v. 1 hexametri complexu contineri monet Buecheler Anth. p. 824, pro CVMILIRINI conieiens CVmILIgI.

N. 165. CaPVaNIS?

N. 221. TVRRANNVS Wordsworth in schedis II f. 41r, TVRANNVS idem III 36v.

N. 239 v. 2. INFAntio? Cf. n. 230. Z.

N. 371 v. 2 corrige V[ett]ius Donatus; A. Vettius Donatus est in tabula cerata n. VII, Vettius Donatus in n. LIV. Z.

N. 433. AED omnino recipiendum est. Z.

N. 470. Campanienses hic et n. 480, a quibus Campanos (nn. 1216. 1293. 2353 c. add.) non distinxerim, vix alii esse possunt nisi incolae pagi vel vici alicuius Campani, qui unde hoc nomen nactus sit sciri nequit. Cf. *Röm. Mitth.* IV (1889) p. 299.

N. 483. Cf. ad n. 95. Z.

N. 537. CAVPO Fiorelli *Descr.* p. 237.

N. 538. Reperta sunt pocula vitrea anaglyphis repraesentantia gladiatores nominibus adscriptis, inter quae etiam Tetraites et Prudens: vol. III n. 6014, 2; XII 5696, 32; Eph. ep. IV p. 209. Ceterum Tetraites in titulo Pompeiano clare legitur. Prudenter tamen Friedlaender apud Petronium 52 et 71 Petraitis nomen retinuit, cum etiam huius nominis gladiatores inveniantur; vd. eius *Sittengesch.* II⁶ p. 522.
v. 2 septenarium esse vidit Buecheler Anth. n. 233.

N. 611. BALBVM Fiorelli *Descr.* p. 266, recte.

N. 675. Postea paullo plenior prodiit: VETTIVM integrum vidit Nissen *Pomp. Stud.* p. 319, qui addit: *es folgte mindestens noch ein Cognomen.*

N. 679. De hac inscriptione praeter ceteros commentatus est Victor Schultze, *Zeitschr. für Kirchengesch.* 1880 I p. 125; cf. Schiller in Commentationibus in honorem Mommseni editis p. 46. Hucusque nihil quicquam repertum est, quod ad fidem Christianam pertineat, et Tertullianus Apol. 40 ibi anno 79 Christianos fuisse diserte negat: *sed nec Tuscia iam tunc atque Campania de Christianis querebatur, Pompeios de suo* (sic traditur: *Vesurio* correxerunt praeter necessitatem) *monte perfudit ignis.* Z.

N. 694. DISCEWITA Wordsworth in schedis. Fuitne DISCENT · FACIT?

N. 699. Extitisse in *wall opp. Basilica* testatur Wordsworth in schedis III f. 36v.

N. 733. De duobus titulis similibus, altero Graeco, altero Latino, cf. Kaibel et Bormann *Bull. d. Inst.* 1878 p. 34, 1879 p. 43. In titulo Iuvaviensi, nunc edito in vol. III n. 5561 (cf. p. 947), scriptum est *intret.* Videtur senarius fuisse talis: [*Felicitas*] *hic habitat nil intret mali.* Cf. n. 1454. Z.

N. 768. Cf. Mommsen *Staatsr.* III p. 350, 2.
V. 2 senarium esse vidit Buecheler Anth. n. 39.

N. 807, Add. p. 196. V. 3 lege ET COMN (*sic*), i. e. *et comm. . . . . .*, titulo non ad finem perducto.

N. 858. M. Ubonium Cogitatum nunc habes in tabulis ceratis n. XXXVIII et CXV.

N. 874 cum Add.; cf. 844a. L. Numisium Rarum habes nunc in titulis pictis 3648. 3755 et in tabula cerata n. XXII.

N. 904 *a.* Litteram H quoque vidit Zangemeister.

N. 1011. Amphorae inscriptionem vide sub n. 2660 (cum Add. p. 226).

N. 1015 v. 2. GYLO Fiorelli *Descr.* p. 32, qui litterarum Y partem superiorem et L partem inferiorem se vidisse testatur.

N. 1069*a* *Barbarus aere cavo tubicen d[ed]it [horrida sig]na* R. Ehwald *Philol.* XLVI p. 640 et Buecheler Anth. n. 350.

N. 1074. Add. p. 199. De iudiciis cf. Plin. *ep. ad Traian.* 4 extr.; Graece *κριτήρια*, *Athen. Mitth.* XIV (1889) p. 31, 8. *Iudicis Aug. felic.* habes nunc etiam in nostra n. 3525, *iudicis Augusti p. p. et Poppaeae Aug. feliciter* n. 3726.
Non recte Fiorelli *Descr.* p. 373 hanc inscriptionem in prothyro IX 2, 22 extitisse dicit.

N. 1093 *a.* Haud dubie scriptum erat POMPEINIS, i. e. *Pompeiunis.* Cf. 3765.

N. 1096 (cum Add.). Cf. Mommsen *Staatsr.* II³ p. 508, 1, qui Schoenii interpretationem comprobat.

N. 1106. Ultima sic habet Wordsworth in schedis I f. 1v: MVWOCVRA.

N. 1109 v. 2. Et secunda et quarta litera E sunt. *He(r)merotis.*

N. 1118 (cum. Add. p. 203) v. 1. *Iam docui silices verba [benigna] loqui* Buecheler Anth. n. 952.

N. 1133. POPIDIVS Wordsworth in schedis II 17v.

N. 1136 v. 3. Ad *nongentum* cf. Mommsen Staatsr. III p. 533, 3 et ad Brunsii Fontes ed. VI p. 331 adnot. — Versus 5 interpretatio certa nondum reperta est. Mommsen in Brunsii *Fontibus* l. c. proposuit: *Si quis desiderabit, locatricem eo nomine convenito.* — Fortasse his cavetur ne quis hoc programma dealbet. Z.

N. 1165. In linea ultima scribe: fuitne *v(irum) b(onum) F*?

N. 1168 lin. 4 pro „p. 1" scribe „p. 1".

N. 1173 (cum Add. p. 204). Henricus Iordan apographum suum (quod inspexeram nec vero citaveram, cum id photographico exemplo nostro neque plenius quicquam neque melius exhiberet, cumque interpretatio ei nulla adscripta esset) edidit *Hermes* XIV (1879) p. 279. Sed explicatio sive restitutio distichi secundi (primum enim ipse p. 204 recte enucleaveram) quam Iordanus temptavit:

felices adias: si curas Martia signa,
sit tibi de nobis maxima cura: vale.

admitti nequit. Buecheler Anthol. n. 946, exemplaris photographi apographo meo, quod exhibui tab. XVIII 1, usus proposuit haec parum probabilia:

felices adias (i. e. *adeas*) *maneas o Martia, si te*
vidi, du(m) nobis, maxima cura, place(t). Z.

N. 1174. Repraesentata est tabula cerata, cuius in pagina priore, quae scripturam exhibet transversam, extrema clare legitur *actu(m) Pom(peis).*

N. 1175 *a*

· M F · X III
MOD X V
HS VIII ~

Descripsi. Garrucci *Iscr. di Isernia* ad n. 80 contulit sigla inscriptionis IX 2749, quae tamen et ipsa, ut Mommsenus adnotat, Oedipum adhuc expectant.

N. 1175*b*. Pictura *Pitt. d'Erc* V p. 375, Helbig 1702. 1726, extat Neapoli in Museo. Repraesentantur volumen papyri, diptychon, apertum, tabula. In papyri indice scriptum est:

in diptychi pagina sinistra:

in eiusdem pagina dextra:

in tabula:

In alia eiusdem parietis parte (Helbig 1702) repraesentatur vas fictile in quo scriptum est:

N. 1176. Extat Neapoli in Museo. Edita est Helbig 81 et locis ibi citatis.

AD ADDENDA TITVLIS PICTIS RECENTIORIBVS.

N. 2887. Catullum 97, 10 *et non pistrino traditur atque asino?* contulit Kiessling *Jahrb. f. Philol.* 1872 p. 61.

N. 2923*a*. *P. Veium Frontonem* et q. s. restituendum est cum Kiesslingio l. c. p. 66, collato n. 1134.

N. 2953. Explicanda est: *C. Vibi Itale, frunis-carus* — cf. 2082 — *s(alvos?)* — vel *s(ecunda?)* — *Atia tua*. H. Schuchardt *Augsb. Allg. Zeit.* 1872 p. 203. Buecheler *Rhein. Mus.* 1872 p. 474. — Signaculum C·VIBI·C vide vol. X n. 8058, 91. *C. Vibi Cresimi* est in tabula cerata n. XXVI v. 22.

N. 2960. Pro OTITE fortasse legendum ORTE; cf. n. 3494*h*.

N. 2993*f*. uno versu continuatur.

N. 2993*x. y.* Nunc Neapoli in museo; cf. edictum muneris n. 3884.

N. 2993*z* v. 1 lege ·L·C·S (pro C·L·S).

N. 3008 = 96*.

AD EDICTA MVNERVM EDENDORVM.

Pag. 70. Cn. Alleius Nigidius Maius quinquennalis erat anno 55/56 teste tabula cerata n. CXLVIII (cf. n. XVI et LXXVII). Itaque huic anno adscribendum est programma 1179. Antiquius est 1180, ubi v. 2 restituendum est [*Ti. Claudi*] *Caesaris Augusti* et v. 4 *flami*[*nis Ti. Claudi*] *Caesaris Augusti.* Nam de Nerone cogitare dissuadent et *liberi* v. 2, quos Nero non habuit, et tituli 1185 et 3649, e quibus apparet inter annos 50 et 54 Neronis flaminem fuisse D. Lucretium Satrium Valentem. Quod Dio testatur (LX 5, 6) Claudium munera pro salute sua edi vetuisse, id fortasse non semper rigide observatum est.

Ti. Claudius Verus duumvir erat anno 61/62 (vide supra p. 404 n. CLI adnot. 9). Itaque n. 1181 v. 1 fortasse supplendum est: [*Neronis Claudi Caesaris Augusti Ger*]*man*[*ici Ti.*] *Claudi V*[*e*]*ri*; sed hic quoque de Claudio cogitare licet et supplere *Ti. Claudi* etc.

N. Festi Ampliati tempus Mazois circumscribere conatus est argumento usus fallaci; nam quod teste Plinio Claudii principatu inventum est leones sago obiecto domare, hoc nihil commune habet cum certamine illo in anaglyphis repraesentato. Scauri monumentum cum inter ea quae in hac parte viae q. d. sepulcrorum extant neque ex antiquissimis sit neque e recentissimis (Overbeck *Pompeji*[4] p. 412 ss.), Claudii vel Neronis aetate factum esse credi potest. Scaurus autem filius cum sit mortuus iuvenis et a patre sepultus, Ampliati munus, cui ille de suo aliquid addidisse videtur, non multo ante eius mortem editum esse probabile est.

Pag. 71 col. 2 post versum 19 adde: *Grospho s(alutem)*, 1178. Cn. Pompeius Grosphus et Cn. Pompeius Grosphus Gavianus duumviri erant anno 59; vide tab. cer. n. CXLIII.

N. 1180. Extabat in muro postscaenii theatri minoris (non maioris) aut in eo qui huic ex adverso est. Ceterum vide supra ad p. 70. — *Dedicationem arae* Fiorelli *Descr.* p. 263 refert ad aram aedificii in fori latere orientali positi quod ego (*Röm. Mitth.* XI, 1896, p. 285) templum Larum publicorum esse credo. Sed hoc incertissimum est.

N. 1181. Vd. supra ad p. 70.

N. 1182 v. 1. Ad *die summo* cf. Pollio apud Cic. ep. fam. X 32, 2: *summo ludorum die*.

N. 1187. Antiquius esse hoc programma et litterarum formae et multi earum nexus indicant. Est plane simile n. 3881. Haud dubie igitur v. 2 supplendum [*Q. Monni*] *Rufi*, et deinde legendum NOLA.

AD TITVLOS GRAPHIO INSCRIPTOS.

N. 1227. Ad explendum hexametrum Buecheler Anth. n. 928 proponit: *Venimus hoc* [*vivi, iam festin*]*o magis ire*, vel [*volo si*] *vivo*.

N. 1237. V. 2 senarium et dimidium esse vidit Buecheler Anth. n. 32, qui confert Sen. Tro. 209.

N. 1254.

IVCVND HIIRMIIROS
OMNIVM

sic habet in schedis Wordsworth.

N. 1280. Cf. n. 81*.

N. 1291. Ad viam Labicanam in coemeterio ss. Petri et Marcellini quattuor picturae exlant cenam repraesentantes inscriptae in hunc modum: *Irene da calda. Agape misce mi. — Agape misce nobis. Irene porge calda. — Agape da calda. Irene misce. — Agape porge calda. Irene misce.* De Rossi, *Bull. di archeol. crist.* 1882 p. 113 ss. tabb. III—VI.

N. 1322. Vide ad n. 3034*c*.

N. 1375—1389 inter quintum et sextum ostium a viculo Mercurii (nunc n. 15 et 16).
N. 1375. Descripsi anno 1896 denuo detectam.
V. 4 CV^N NERICI, nomen proprium fictum ad exemplum Abinnerici, Snterici similium; utrumque S alienum est.
V. 5—7 alia manu scripti sunt.

N. 1380. Descripsi anno 1896. V. 3 QVIQVISTII QVISTII.

N. 1383. V. 1 extr. sic descripsi anno 1896:

ΛΙLDΙ/ΙΛΛΟ

Alcidemo?

N. 1387. TIMIILII ARTIS. Sic descripsi 1896.

N. 1388*a*. Descripsi 1896. Certissima est Mommseni lectio EXTALIOSA.

N. 1390. 1391 ad dextram sexti ostii, nunc n. 16.

N. 1457*a* lin. 3 pro „Tab. — apographo" scribe „Descripsi".

N. 1474. Cf. Suet. Ner. 30: *Menecraten citharoedum et Spiculum myrmillonem triumphalium virorum patrimoniis aedibusque donavit.* Eiusdem Spiculi meminit Plutarchus Galba 8. — Inscriptionem ex Garruccio repetivit Deville, *Hist. de l'art. de la verrerie dans l'antiquité* (Paris 1873) pag. 4 tab. L, *Ner*(*onianus*) male *mir*(*millo*) explicans.

N. 1478*a*. Tab. XXX 8 ex Zangemeisteri apographo.

N. 1517. Buecheler Anth. ad n. 955 sic restituit:

hic [*ego*] *nunc futue formosam fo*[*rt*]*e puellam*
morbus qu[*oi ta*]*lis form*[*o*]*sam facie*[*m*.

In fine Buechelero fuisse videtur *dedecarat faciem*; sed hoc e Zangemeisteri apographo expiscari non possum.

N. 1544. Nomen prioris consulis AFRINO recte legit Mommsen teste Borghesio *Bull. d. Inst.* 1849 p. 24 = Opp. VIII p. 150. Est M. Annius Afrinus (Ἀφρεῖνος) qui iam aliis titulis innotuit; cf. Dittenberger Ephem. epigr. I p. 241 et Klebs *Prosopogr. rom.* I p. 62. Annus consulatus ignoratur. Z.

N. 1552—56 scriptae sunt in tectorio non rudi sed picto tertio qui dicitur stilo; Mau *Gesch. d. decor. Wandmalerei in Pompeji* p. 424.

N. 1554. Consulum nomina fuisse M COCCEIO VIBIO RVFINO coniecit Asbach *Histor. Unters. A. Schäfer gewidmet* 1882 p. 194. C. Vibius Rufinus annis 43—45 erat legatus Aug. pro pr. exercitus Germ. inf. (Zangemeister *Westd. Zeitschr.* XI p. 313). Sed ductus haec nomina non admittunt. Z.

N. 1555 *capratinas*. Item scriptum est καπρατῖναι (vel—ίναι) apud Plutarchum Romul. 29, Num. 2, Camill. 33. Z.

N. 1567 (cum Add. p. 208). Vide ad n. 874.

N. 1592*a* Noviciam esse, postquam inspexi, dixi in Add. p. 209. Idem postea Brizio *Bull. d. Inst.* 1872 p. 11 primus observasse sibi visus est, notatus ab Henzeno ibid. p. 160. Z.

N. 1595. Ed. Buecheler Anth. n. 927, citans ad *si forte notasti* Ovidium her. 20, 205.

N. 1597 v. 1 altera littera non dubium quin O sit. Z.

N. 1618 v. 2. 3 *prolipo* (= προλείπω) *pen*(*ates*) *inma*(*turus*) supplevit Wordsworth *Academy* 1871 p. 444.

N. 1622 = vol. X n. 871; n. 2307 = vol. X n. 870*b*. Cf. Nissen *Pompei. Stud.* p. 529. 570.

N. 1645. Ed. Buecheler Anth. n. 953, citans ad *violare puellam* Tibullum I 6, 51.

N. 1649. „Dignum elegorum poeta carmen, modo verbum metro contrarium (debuit *iurgabit*) neque ad sententiam luculentum sustuleris, melius opinor *custodit* vel *diducit* (Propert. II 7, 3)". Buecheler l. c. n. 944.

N. 1679. V. 1 *castrese* (casum vocativum) intellegere voluit Corssen *Aussprache*² II p. 239. 3 *deos tu*[*c*]*astresit* corrigendum esse censuit Iulius Hoepken De theatro attico, Bonnae 1884, p. 35 (sent. controv. III), male.

11 *quadtus* (pro *quattus*) esse τετρασσάριον voluit Buecheler *Archiv für Lexikogr.* I (1884) p. 102. Mihi *quadtus* (littera *d* tamen minus certa) sive *qua*[*t*]*tus* videtur dictum esse pro *quattuor*; eadem forma QVATTVS extat in inscriptione scariphata in Palatino (a me descripta, non recte lecta a L. Correra, *Bull. comun. di Roma* 1895 p. 196 n. 261) et in titulo Hispaniae christiano anni 566 (apud Huebnerum n. 22). Z.
9—11 hexametrum sic perfici potuisse: *hinis meliora dabuntur* observat Buecheler Anth. n. 931.

N. 1695. *M. Epidi Paguri* habes in tab. cer. n. XXXVII.

N. 1698. *gemma* casu nominativo accipiendum esse monet Buecheler Anth. n. 359, qui *gemma velim fieri* edidit inter commata dactylica. De *hora non*(*a*) cf. eundem *Rhein. Mus.* XLIX p. 175.

N. 1700. SOPIO et SOPIONIS. Nomen est ioculare, idem significans quod germanicum *zumpe, Zumpt*. Id vocabulum Fridericus Schoell, *Jahrb. f. Philol.* CXXI (1880) p. 488 et 495 sq., recte traditum esse statuit apud Catullum 37, 10 *frontem tabernae sopionibus scribam* (i. e. phallis), idemque restituendum esse in versu Sotadeo (ab Mauricio Haupt *Hermes* I p. 31 detecto apud Sacerdotem art. gramm. I 153 = Keilii Gramm. lat. VI p. 462, 2), ubi male *ropio* editum est; litterae scilicet *r* et *s* in veteri scriptura Bobiensi inter se simillimae sunt. Re vera *s* in codice Vindobonensi extare deinde confirmavit Osthoff, *Beitr. z. Gesch. d. deutschen Spr.* XX (1895) p. 93. Cf. Sonny, *Archiv f. Lexikogr.* X (1895) p. 528. De etymo egit Osthoff l. c. Z.

N. 1714. De titulis similibus cf. De Rossi *Not. d. sc.* 1888 p. 709 ss., Gatti et De Rossi *Bullett. comun.* 1889 p. 356 ss. In hoc peristylio trium porticuum, dextrae, posterioris, sinistrae, parietes longi sunt fere m. 47, passus 32. Has igitur scriptor decies itu reditu perambulasse videtur, vitata anteriore, quae fortasse sole antemeridiano nimis calebat.

N. 1719. Versu 2 per lusum litterae nominum Caesius Blandus alternatae sunt in hunc modum:

c *ae* s *i* u s
b l *a* n *d* us

Neque aliter fortasse n. 1717 v. 3 explicandus est. Z.

N. 1731. Infra hanc ad sin. inscriptio graeca extabat, quam edidit Curtius Wachsmuth *Rhein. Mus.* XXVII (1862) p. 140.

N. 1744. Item in tabula cerata n. XXXVIII v. 20 *Pape* (pro *Poppaei*) scriptum est.

N. 1751. De captura assium XVI, i. e. denarii, cf. n. 2440 Add. et Dessau *Hermes* XIX p. 517.

N. 1781. Saepius hanc descripsit Wordsworth, sed non expedivit. V. I vidit primas litteras ME. Ad v. 2 composui quae in eius apographis extant inter *lectum* et *esse*:

CAMANIUOMITIBULIRVCM
GAMAN
EAMAVMME
CAMIPNIV OMETIBVLERVOM
CIAIYIPUAAM ETI·SII|IRVGM

Ac primum quidem CAMPVM fuisse certum videtur; et hoc etiam in Zangemeisteri apographo tab. XIII 12 legere mihi videor. Mox quae ibi POC videri possunt, *W.* dubitavit num essent OM an ME, sed postremo ME esse sibi persuasit. Haec non permittunt quod Zangemeisteri apographo usus coniecerat, qui hexametros esse vidit, Buecheler Anth. p. 824: *hunc lectum* [*lapid*]*um* [*plumis ae*]*quom esse put*[*emus*. Ipse Buecheler, postquam Wordsworthii apographa cum eo communicavi, coniecit: *hunc lectum campum mi(c)tibus servom esse putamus*, quod tamen mihi non persuadet.

N. 1796. Buecheler l. c. n. 941 exempli causa proponit:

Amplexus teneros hac si] *quis quaerit in ur*[*be*
expect[*at ceras*] *nulla puella viri.*

N. 1811 vide ad n. 1870.

N. 1824. „3. restitue *si valet*. 4. pentametro conveniebat *quidni ego possim illi frangere fuste caput*". Buecheler l. c. n. 947.

N. 1825 (cum Add.). In Wordsworthii schedis duo extant apographa vv. 1. 2, quorum alterum habet EQVITIAFI, alterum EQVITIA EST, ut N coniectura eum addidisse appareat. *Equitia* est in tab. cerata n. XLIII. — V. 4 s. legendum videtur *est suris apertis*; cf. Turpilius (apud Non. p. 236) *apertae surae* et Varro Meleagris (ibid.) *suris apertis*. Z.

N. 1830 (c. Add.). V. 1 PIROSSVS Wordsworth in schedis, non recte R pro K legens. V. 2 sic restituit Buecheler l. c. n. 230: *e*[*ad*]*em continet vaporem et eadem v*[*ell*]*it mentulam*. — „*Eadem* ablat. per synizesin; *eadem—eadem* Plaut. Bacch. 49, cf. Charis. p. 209; *et* accessit fortasse ut obtegeretur hiatus; minus convenit tabulae ductibus *velat*". Buech. l. c.

N. 1837. De restituendo metro vide Buech. l. c. n. 949. Scilicet v. 1 aut dici poterat *nunc dare si potes* etc., aut *non vis fallax* (vel simile quid), aut *cur mutua gaudia* (Ov. am. III 6, 87); v. 4. 5 invertendum erat: *te sine* aut *sine te quem*. Comparat Buech. Ov. her. III 140: *quam sine te cogis vivere, coge mori*; v. 6: „mors mihi munus erit (ita Ov. tr. I 252); certe boni erit non cruciasse". Buech.
9 *posteac* habetur etiam in edicto Claudii vol. V n. 5050 v. 13.

N. 1840. Principium Wordsworth in schedis sic habet in duobus apographis:

CIVTISE ΓFILI — IMILIMLAT PELLAT
CIITISE IFILI . . IMIIIMLAT PELLAT
MALFAVDIᒪ PFLLAT

Mox idem TERRABAS vel FERFASAS i. e. FELLABAS, quod omnino recipiendum.

N. 1856. Wordsworth in schedis utramque P cursivam habet. — „Deest velut *nunc alium memoret?*" Buecheler Anth. n. 353.

N. 1858. Duo apographa habet Wordsworth in schedis:

OЯUMIINTV M · IS A XIIX
CYЯVM · NVM · IS XXX

Ipse descripsi FRVMIINTV M · IS A XIIX i. e. *frumentu(m) m(odius) unus semis a(ssibus) XVIII.* Modius igitur tum temporis duodecim assibus vel tribus sestertiis venibat; cf. Tac. Ann. XV 39.

N. 1860. Joh. Wordsworth *Academy* 1871 p. 444 exhibet ex schedis Christophori patris, qui pleniorem vidit; inde edidi Ephem. epigr. I p. 53 n. 168 (Buecheler Anth. n. 942). Deinde ipsam inscriptionem contuli, in qua vidi v. 1 extr. PVELLAEST scriptum esse. Itaque legendum

Quoi scripsi semel et legit, mea iure puella est.
Quae pretium dixit, non mea sed populi est.

Debebat fortasse scribere: *Quod scripsi simul ac legit* et q. s. In Eph. I p. 54 (= Buecheler l. c. n. 940) contuli distichon quod in montis Palatini parietinis scariphatum descripsi, hoc:

Omnia formonsis cupio donare puellis,
Set mihi de populo nulla puella placet.

Cum Pompeiano illo apte comparavit (testante mihi olim Rudolpho Schoell) Ulricus de Wilamowitz-Moellendorf Martialem II 9. Z.

N. 1863 (cum Add.). *Prehén*]*de servam: cúm voles, uti licet.* Buecheler Anth. n. 50.

N. 1870; cf. 1811. „Hic *Menedemerumenus* adscripsit homo ridens personam Hautontimorumeni: ergo bis repetitus in muro pompeiano poetae versus. Adsimilis Syri sententia: *necesse est minima maximorum esse initia*." Buecheler l. c. n. 35.

N. 1877. H. Schenkl *Wiener Studien* 1886 p. 172 zetema ita dissolvit, ut mulier sit οὐσία (pecunia), filius τόκος (fructus); cf. Buecheler l. c. n. 42.

N. 1882. „*accensum* ambiguum, significans ardorem velut irae et officium civile." Buecheler l. c. n. 47. Nisi tamen est cognomen. Z.

N. 1884. „*vissit* recte per duas *s*, sic Ambrosianus Plauti rud. 567 *ueisse*; alias *viscere* ex *vissere* ortum". Buecheler l. c. n. 46.

N. 1886 lin. 4 dele „quinquennalis".

N. 1897 picta est.

N. 1899 (cum Add.). Buecheler l. c. n. 233. Ad rem conferre licet quae Seneca ep. 27, 5 de Calvisio Sabino narrat. Z.

N. 1901. Cf. *Bull. Inst.* 1875 p. 150.

N. 1902. *De nócte multa c[úm s]urrexit [Mévius*
◡⏑́◡ est, non c ⁄. . . proficiscitur
Buecheler Anth. n. 43.

N. 1904 (cum Add.). Ad *pariens* cf. n. 2398 (Add.) *Gangens*, vol. VI n. 1370 *Asprenans* (in titulo qui Augusto non est posterior), Prob. append. p. 197, 25 Keil *Hercules non Herculens*, unde *Herclenti* casu dativo in titulis Brambach n. 315. 366 et *Not. d. sc.* 1891 p. 129, *Nemens* in *Ann. Inst.* 1885 p. 260. Cf. quae dixi *Neue Heidelb. Jahrb.* III p. 3. Z.

N. 1921 v. 3, *ianitor, oro nomine Certe.* Buecheler *Hermes* X p. 6 titulum ab amatore inscriptum ad consuetudinem nuntiandorum adventorum refert.

N. 1928. V. 2 A · PIRIIAM Wordsworth bis in schedis, et ita Buecheler Anth. n. 937.

N. 1939. V. 2, ut et metrum et sententia recte decurrerent, scribi poterat: *Non ideo in manu tenuerunt pro sceptro mutunium*; cf. Buecheler l. c. n. 231.

N. 1941. In principio v. 2 Buecheler l. c. n. 48 in tabula XXIII 11 *cal[ens] adest os* legere sibi videtur. At prima littera non potest esse C.

N. 1943. Filio Aegyptii hominis civi Romano locum dari non potuisse inter selectos iudices ex hoc ipso titulo deducit Mommsen Eph. ep. V p. 13, 2 = Corp. vol. III suppl. p. 1212, *Röm. Gesch.* V p. 562. Aliter Buecheler l. c. n. 40: "cavillatio iudicis cuiusdam iambico more vetere (Cic. de or. II 240. 280) cum ambiguo, ut Leo notavit, si quis iungeret *albo patre*, qui color sane rarior *in Mareotide fusca* (Mart. IV 42, 5)". Quae interpretatio, arguta sane, hac in re haeret, quod Aegyptii Graeci sunt albi, indigenas autem inter iudices admissos non esse certum est.

N. 1949. Senarium esse, in quo trium syllabarum locum obtinuit Oppi nomen, vidit Buecheler l. c. n. 41.

N. 1959. Lucernam, quam in Add. p. 213 memoravi, edidi *Ann. Inst.* 1870 p. 261, tab. *N*; est quoque in Corp. vol. X n. 8053, 193.

N. 1997. Buecheler l. c. n. 41 senarium putat, in quo primi pedis locum nomen proprium obtinuerit.

N. 2056. *D(ecius) Mus* Brizio *Bull. Inst.* 1872 p. 4. At prima est B certa.

N. 2062. Eandem a Guarinio *Fasti*[2] p. 189 exhiberi probabiliter coniecit Mommsen vol. X n. 158*a**. (*l. gomio restituto*).

N. 2066. Difficillimi distichi interpretationem temptavit Buecheler Anth. n. 956. Versus 1, quem ex. gr. supplet (*moles*) *multa* . . . . [*pr*]*esserit*, hanc fere suspicatur esse sententiam: "cura mihi Veneris nimio cum ferverit aestu". Ad v. 2, ubi *mancinas*, ut adhuc apud Italos, pro *sinistras* dictum putat, citat Martial. IX 41: *numquam futuis, sed paelice laeva uteris et Veneri servit amica manus.*

N. 2069. *quaeres* non cum potestate futuri sed ex rustica vocalium permutatione dictum monet Buecheler l. c. n. 37.

N. 2082 cf. supra ad 2953.

N. 2083. In vase Lugdunensi scriptum est: *habeas propitium Caesare(m)*; *Rev. épigr.* II p. 326.

N. 2107 (cum Add.) *Aegyptus Gallo suo salutem* (sic enim legendum videtur) fortasse ad Cornelium Gallum, primum Aegypti praefectum, spectat. Z.

N. 2123. *Carita*; cf. Hesych. Καρῖται (sic traditur) ἱππεῖς πειραταὶ Κᾶρες.

N. 2155. Pyrrichus cum Actio etiam in n. 118* coniunctus est. Ad v. 3 *fanatici tres a pulvinar Synethaei* cf. vol. VI n. 490 . . . . *elsinius Capitolinus ex aede Bellonaes pulvinesis fanaticus.* — „Synethus" (pro „Synetus") saepius habetur tam in hoc vol. quam in vol. X; „Synhetus" scriptum est VI 20731. Z.

N. 2183. Ad *uncum* cf. Dio LX 35, 3.

N. 2194. Cf. n. 2389.

N. 2202. Lege BELLIS MORIAVS; cf. graphio scriptas ins. V 1 n. 15, VI 15 n. 1.

N. 2246. „Ancipiti metro; senarius ita fit tersior *dein redii d.*" Buecheler Anth. ad n. 955. — Ad *domi* cf. Vulg. Tob. 2,20 *ut hoedum . . . detulisset domi*; Kaulen *Handb. d. Vulgata* p. 233.

N. 2262 lin. ult. dele „an est — *Comenius?*". Z.

N. 2360. V. 3 recte credo interpretatur Buecheler Anth. n. 45, *uerpa(m)* legens. Scilicet *ursi me comedant* i. e. *amor me urat* (n. 1645 collata cum titulis romanis ibi citatis), *uerpa(m comedam)* spectat ad *convivia culi* Martial. II 51.

N. 2374. In Priscilli nomine scriptor de piscillo i. e. pisciculo cogitabat; cf. graphio scriptam ins. VI 13 n. 2.

N. 2387. Alius Columbus murmillo ab Gaio Caesare interfectus est; Suet. Calig. 55. — Idem gladiatoris nomen recurrit in poculis vitreis supra ad n. 538 memoratis. Z.

N. 2400 (cum Add.). Pro ARPOCRA scribe ARPOGRA.

N. 2400*a*. Eiusdem versus reciproci fragmenta esse intellexi quae anno 1896 reperta sunt *dans la sablière de Champ d'Asile près Montoie à Lausanne* in aedificii romani tectorio scariphata haec:

ΔΗΜΟΙΔΙΟϹΑΓΑ
ΤΙ Α Ρ Α ϹΟΙΔΙΟΜ

A. de Molin, musei Lousonnensis conservator, exemplum delineatum misit 18 Jul. 1896; idem memoraverat in ephemeride quadam (unde *Antiquitäten-Zeitung* 1896 p. 219). — Diomeden mulierculam esse coniecit Immisch *Rhein. Mus.* 1891 p. 488, parum probabiliter. Z.

N. 2413*i*. Spectatne ad Vedium Ceratum (vd. ad n. 2638)? Z.

N. 2413*k* (cum Add.). VIGINTI CAPITVM S edidi *Bull. Inst.* 1883 p. 126. At nunc pro certo habeo scriptum esse VIGINTICIPITVM; litterae A quae credebatur linea obliqua aliena est.

N. 2426. Habet in schedis Wordsworth, qui col. 2 v. 2 legit SCXXV, v. 7 LXXV, v. 8 XXV, v. 9 CL.

N. 2427 adnot. lin. 1. Wordsworth in schedis VIVAT.

N. 2437. CALLIIVS Wordsworth in schedis. C · ALLIIVS vel C · ALLEIVS fuisse credo.

N. 2440. Ad *Geryones trimembres* cf. *bicorpores Gigantes*, *bimembres Centauri*, alia. Ad *aerus* (i. e. *aeris*) cf. Cic. pro Rosc. com. 28: *membra* (Panurgi) *merere per se non amplius poterant duodecim aeris*. Z.

N. 2455. Ad *honoris causa* cf. *Not. d. sc.* 1880 p. 33. — Lin. ult. pro „ipse" scribe: „ipsi".

N. 2461 lin. 2 pro „2457" scribe: "2459".

N. 2462. Wordsworth in editione omisit quae non intellexerat; extat in eius schedis in hunc modum:

ΔΙωΨΑΝΤΟC
Μ Η Μ\ΙΤΚ.ΝΝΑ

ΑΔωΝC
ΉΛ:ΟΔωΡΟC
ωΤЄΜΗC
ΔΙΟΓΕΝΗC
8ΑΥΔΑΝΟC
ΛΠΟΛωΔωΡΟC
ΔΙΟ
ΠΟΛΟΝΙΟC
FΠΛΓΛΟΟC

N. 2464. lin. 2 a fine pro VIII scribe VIIII.

N. 2483. Cf. Garrucci *Bull. Inst.* 1865 p. 79; Stark *Bonn. Jahrb.* LVIII (1876) p. 44.

N. 2494—2502 = vol. X n. 8349 sqq. Ab hoc vol. IV secludendi sunt, cum sint tituli sepulcrales, id quod olim non recte negavi. Anno 1865 loca illa humo et dumetis obtecta erant, ut accuratius in hanc rem inquirere non possem. Alexandrinorum autem fuisse sepulcretum, id quod Minervinius coniecerat, admitti plane non potest; v. Nissen *Pomp. Stud.* p. 482.

n. 2494 = X 8350	2497 = X 8354	2501 = X 8351
2495 = 8349	2498 = 8355	2502 = 8353
2496 = 8358	2499 = 8352	

Huc pertinent etiam n. 2550, 5—8 = X 8361. 8356. 8359. 8360. Z

N. 2510. Cf. n. 2266.

N. 2550, 5—4 = vol. X n. 8363. 8356. 8359. 8360; v. supra ad n. 2494.

N. 3034c. INCLINABILITER legendum esse monui *Röm. Mitth.* III (1888) p. 148.

N. 3061. *Giorn. d. sc.* I p. 92 n. 5, ubi v. 3 est: NVLI MIIRTI · QVANTI QVA͡NTIQII, v. 4 (pro IINI) ITAP.

N. 3062. *Giorn. d. Sc.* l. c. n. 4, addito v. 2 incobato hoc MII.
Ad n. 3061 et 3062 cf. Buecheler Anth. n. 1785 p. 824.

N. 3127 scribe IPSA IIGO.

N. 3135. Est Ennianum (Ann. 119 ed. Vahlen). Buecheler l. c. n. 1785.

INSCRIPTIONES POST ABSOLVTVM VOL. IV DETECTAE.

PROGRAMMATA ANTIQVISSIMA.

REG. I INS. 3.

3341 inter n. 22 et 23, litteris magnis evanescentibus.

SEXT

Descripsi.

3342 inter n. 23 et 24 in tectorio rudi; latet sub tectorio recentiore.

ELISSAEA 0,60

Descripsimus. *Melissaeum.* Cn. Melissaeum Aprum duovirum a. p. C. 3—4 habes X 817. Sed gentem Melissaeorum iam multo ante Pompeis floruisse docet titulus Oscus Zvetaieff 175.

REG. V INS. 1.

3343 inter n. 17 et 18.

C · CoCLEA
TIIIVO

Descripsimus. V. 1 ultima littera Zangemeistero potius D esse videbatur. V. 2 vix potest esse ĪĪ V B.

3344 inter n. 18 et 19.

M MELI*ssaeum*
CoCLEIVQL

Descripsimus.

REG. VI INS. 14.

3345 inter n. 37 et 38, litteris maximis in tectorio antiquiore.

VIII ĪĪ V·VB
V F

Descripsimus. *M. Mari.* ĪĪ *v. v. b.?*

3346 ad d. n. 41 in tectorio rudi antiquiore.

M · VII

Descripsimus.

REG. VII INS. 1.

3347 inter n. 7 et 8.

M · MRI · V · B · O · C ·

Descripsi.

3348 inter n. 9 et 10.

D · CLAVDIX

Descripsi.

REG. VII INS. 12.

3349 inter n. 13 et 14 in lapide tofaceo.

M AED · V

Descripsimus. Principium latet sub tectorio recentiore.

3350 inter n. 14 et 15 in lapide tofaceo; comparuit delapso tectorio recentiore; colore et litterarum forma similis n. 34.

GAVI · D · V · V 0,45

Descripsi.

REG. VIII INS. 3.

3351 in portae n. 10 limine superiore, in tectorii stratura subtili quae lapidi tofaceo inducta est; admodum evanida.

. . . . IVM . . . .
. . . . SINIICONA . . . .

Descripsimus. — V. 1 VN et 2 CON ed. Engelmann *Bull. Inst.* 1872 p. 4.

REG. IX INS. 2.

3352 ad sin. n. 17.

L · CAES

De Petra *Giorn. d. sc.* II p. 162 n. 5; inde Zangemeister Ephem. I n. 147. L. Caesium duovirum habes X 819.

LOCORVM INCERTORVM.

3353

OL IVM
IIIID P·C IIIID

Garrucci Sylloge 1682.

3354

C·MV·CI

Garrucci Sylloge 1693.

TITVLI PICTI RECENTIORES.

Ubicumque tituli color non indicatur, rubro colore scriptus est. Interdum autem etiam inscriptiones honorarias, maxime antiquiores, nigro colore scriptas fuisse, praesertim in regionis VI insulae 15 latere orientali haud dubie apparuit; igitur hoc suis locis adnotavi. Albo colore scriptae 3358. 3609—3611 a ceteris honorariis etiam litterarum exiguitate et forma neglegentiore differunt; a puero aliquo scriptas esse dicas, praesertim cum extent in murorum partibus inferioribus.

Multum abest ut candidatorum programmata secundum tempora in ordinem redigi possint. Litterarum formae quales variis temporibus in usu fuerint non ita exploratum habemus, ut pro firmo iis fundamento uti liceat. Et interdum ex eiusdem aetatis eiusque antiquioris titulis alii (ex. gr. 3460. 3533. 3561) antiquiorem, alii (3526. 3528. 3816) eam litterarum formam exhibent quae ultimis temporibus in usu fuit. Nonnullos tamen candidatos, praeter enumeratos a Zangemeistero p. 8, et ob litterarum formas et ex aliis indiciis antiquiores esse affirmare licet. Velut e programmatis quibus II vir commendatur Ti. Claudius Verus, unum, 3460, latebat sub titulo posteriore et litteris scriptum est antiquioribus, alind, 3816, scriptum est ab Aemilio Celere, qui inter annos p. C. 50 et 54 scripsit edictum muneris 3879; Verus autem duumvir erat anno p. C. 61/62 (pag. 428). Porro Veri programmati 3460 haud dubie contemporaneum est 3462 M. Licinii, Faustini scilicet aut Romani, qui 3592 et 3593 coniunctim commendantur litteris hic quoque antiquioribus. Titulus autem 3772, quo solo Statius Receptus II vir commendatur, cum scriptus sit ab eodem Celere, eidem fere tempori adscribendus erit. Programma 3571, quo L. Rusticelius Celer commendatur iterum II vir, anterius est ea tectorii parte, quam post terrae motum anni p. C. 63 factam esse consentaneum est. Huius autem Rusticelii programma 301 eiusdem aetatis est cum programmate 302 M. Pupii (Rufi), cuius in insulae VI 15 latere orientali tria extant programmata, e quibus unum (3561) scriptum est in tectorio antiquiore, aliud (3533) litteris antiquioribus. Hi igitur omnes anno certe 63 anteriores sunt. Alia suis locis adnotabuntur.

REG. I INS. 1.

3355 in tabernae n. 8 pariete sin., sub Larum pictura, inter duos serpentes homini qui ex amphora vinum effundit in dolium adscriptum colore rubro:

HERMES 0,028

Giorn. d. sc. N. S. III p. 50; Fiorelli *Gli scavi di Pompei* p. 107 n. 31, *Descr.* p. 34; Sogliano *Pitture murali* n. 27. Reliquias vidimus; nunc decidit.

REG. I INS. 2.

3356 in aedium n. 6 triclinio quod est in dextro latere peristylii, in pariete adverso pictura extabat, nunc in museum Neapolitanum translata, qua repraesentantur Ulixes et Diomedes Palladium rapientes. Singulis figuris inscriptiones additae sunt colore albo.

1 ad Ulixis figuram: ΟΔΥCCΕΥC
2 ad Diomedis figuram: ΔΙΟΜΗΔΗC
3 ad Helenae figuram: ΕΛΕΝΗ
4 ad Aethrae figuram: ΑΙΘΡΑ
5 ad figuram hominis Phrygia veste induti qui in dextra picturae parte feminam furentem retinet: ΥΠΗΡΕΤΗC
6 ad hanc ipsam feminam, sive illa Palladis sacerdos est sive Cassandra: . . . . . . C . . . . .
stria

Descripsimus.

4846 in eadem columna, in tectorio albo.

M·IVNI 0,005

Descripsimus.

4847 infra 4846, longa 0,055.

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — ////RIIIIAMIIRII DOCILI?

4848 ad d. praecedentium, longa 0,07.

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — *M. Iunius* . . . .

4849 in eiusdem columnae tectorio rubro, inter meridiem et orientem.

CEMINILV
ↃCCCCC

Descripsimus. I ultima inde a N parum clare scripta sunt. — 2 DCCCCC?

4850 in atrii columna quae est inter meridiem et orientem, a meridie, in tectorio albo.

M · IVNIVS 0,01

Descripsimus.

4851 in eiusdem columnae tectorio rubro, a septentrione.

. . . . IVS OPTATVS 0,01

Descripsimus.

4852 in atrii columna quae est inter septentrionem et orientem, in tectorio albo, inter meridiem et orientem.

M · IVNIVS 0,02

Descripsimus.

4853 in andronis pariete sinistro, in tectorio rudi, longa 0,075.

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — *Domus* | *domus Lupercus*.

In eodem pariete fere medio legitur DOIIII, litteris altis 0,005.

4854 in eodem pariete, prope finem, longa 0,055.

Descripsimus; dedi ex apographo meo. — *Optat*[*us*].

4855 in eiusdem andronis pariete dextro, exadversus 4853 et eadem manu, litteris subtilibus sed claris.

D O IIII V S
C O IIII V N I B V S
C V IIII Q VI D A IIII

Descripsimus.

4856—4860 inter ostia n. 12 et n. 13, in tectorio rudi. Cf. Alphabeta.

4856

PHOIIBVS 0,045

Descripsimus.

4857 ad d. 4856.

NONIOO CRESCEN . . . 0,14
N

Descripsimus. — Littera N subscripta intrat in litterae O partem inferiorem. — Incertum an *Nonioo* et *Crescen* . . . eadem manu.

4858 ad d. 4857.

AMETHYSTHVS *sic* 0,12
NEC SINE SVA VALENTINA 0,10

Descripsimus.

4859 ad d. 4858, ad sin. ostii n. 13, litteris altis fere 0,06, lineis alienis obscurata, longa 0,103.

Descripsimus; dedi ex Zangemeisteri apographo.
1 *Optate* . . . . .? cf. 4854. — 2 Ἄλκιμος? — 3 [*Val*]*entina*? cf. 4858.

4860 *a* in 4859 v. 1, inter litteram primam et secundam.

CRESCENS 0,007

b in 4859 v. 1, inter litteras inde a sexta.

CRESCENS 0,01

c supra ultimas litteras 4859 v. 1.

CRIISCIINS HIC 0,04

d infra 4859.

CR

e ad d. *d*.

0,01 CRIISCIIN 0,04

Descripsimus.

REG. VII INS. OCCIDENTALIS.

4861 in atrii n. 10 pariete sinistro, in tectorio nigro.

ΦΙΛΩ ΗϹ ΑΡΙΘΜΟϹ ΦΜЄ

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 90; inde Fiorelli *Descr.* p. 441. — φιλῶ ἧς ἀριθμὸς φμέ (545). Cf. 4839.

4862 in aedium n. 12 cubiculo, quod androni, quo ad inferiores aedium partes descenditur, a sin. adiacet, in parietis sinistri tectorio albo, prope terram; alta 0,08.

Descripsimus; mox decidit; dedi ex apographo meo, quod e Zangemeisteri correxi.

4 PRETHRI dedi ex Zangemeisteri apographo; ego descripseram PLETHRI; ceterorum lectio certa. — *Berutius felator it* (sic) *Mames et Prethri.*

Et mammes (pro *mammae*) *et plectri* (i. e. mentulae) voluisse scriptorem suspicatur Mommsen. Sane πλῆκτρον hoc sensu dictum esse non certum est: vide Iacobs ad Ach. Tat. p. 963.

4863 in eo insulae fronte, quo insulae 6 latus meridionale occidentem versus continuatur, ad sin. ostii secundi ab angulo orientali, longa 0,32.

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — *Amaranthus Clappo sal(utem) societas utique.*

REG. VIII INS. 1 (BASILICA).

4864 infra 1774.

Bis dedi e duobus apographis quae extant in schedis Wordsworthii, qui supra eam caput galeatum delineatum fuisse testatur. — QVI PVDIINT*IIII*II LOQVI TIITVIAT Massmano § 145, quod Garrucci interpretatur: *qui pudentem loqui postulat.*

Reliquias vidit Zangemeister vol. IV 1774: PVDIINTI (vel PVDIINTII) · C . . . . S (vel T).

4865 *B(asilica) on enter at r(igh)t outs(ide)* WORDSW.

Dedi ex apographo Wordsworthii, sched. I fol. 11 v., qui addit: *scratched out by —.*

2 *lanista?*

4866 *left side of B(asilica) at end.* WORDSW.

Dedi ex apographo Wordsworthii, sched. I fol. 14 v.; aliud apographon, quod cum hoc fere congruit, extat III fol. 28 r. — *Armavi centum numm[os . . .] . . . . poss . . . ut suscipiam(?) nihil aliis.*

4867 *left side of B(asilica) at end.* WORDSW.

Dedi ex apographo Wordsworthii, sched. I fol. 14 v.; aliud apographon, quod cum hoc fere congruit, extat III fol. 28 r.

REG. VIII INS. 2.

4868 in aedibus n. 14—16, in scalarum quibus ad inferiorem aedium partem descenditur pariete sinistro, in tectorio albo.

VIAbIANVS 0,015

XIII

Descripsi. — *Via(pp)ianus?* — Prima I potest esse C.

4969 ad d. 4868.

ANTEROS 0,016

Descripsi.

4870—4883 in aedibus n. 20.

4870 in andronis ξ formae *Röm. Mitth.* 1890 tab. V, 2 pariete occidentali, in tectorio nigro.

SIIVIIRVS · V 0,012
LIB XXXXXV 0,008
gladiator qui alterum illum persequitur

Q PTRONIVS · M 0,006
OTAVS XXXIIII 0,008
gladiator fugiens

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1890 p. 32. — Sogliano *Not. d. sc.* 1893 p. 42, *a. b.*

OTAVS XXXIII *Mitth.*

Q. P(e)tronius O(c)ta(v)us (pugnarum) XXXIIII, m(ortuus). Severus lib(ertus pugnarum) XXXXXV, v(icit).

Libertus (Petron. 45), non *liberatus* intellegendum esse egregie demonstravit P. I. Meier, De gladiatura Romana p. 48 nota 2. LIB habes vol. IV n. 538 (bis). 1421. 1422. 2508, 6; LIBR 1474; LIBER 2387. Cf. vol. V n. 4511 cum nota Mommseni; VI 10180. 10194 cum nota Huelseni. 10196. 10203

4871 in andronis qui est in aedium parte inferiore, ι in forma *Röm. Mitth.* 1890 tab. V 2, pariete meridionali, in tectorio nigro.

VA 0,18

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1890 p. 138 n. 1. — Sogliano *Not. d. sc.* 1893 p. 42 n. 4. — *Va(le).*

4872 ad d. 4871.

ΡΟΥΦΟϹ 0,11


Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1890 p. 138 n. 2. — Sogliano *Not. d. sc.* 1893 p. 42 n. 5.

4873 ad d. 4872.

ЄΠΑΦΡΟΔΙΤΟϹ 0,055

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1890 p. 138 n. 3. — Sogliano *Not. d. sc.* 1893 p. 42 n. 6.

4874 in pariete sinistro portae quae est in andronis, de quo ad 4871, latere septentrionali prima ab oriente, in tectorio albo, longa 0,24.



Dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Edidi *Röm. Mitth.* 1890 p. 139 n. 5; Sogliano *Not. d. sc.* 1893 p. 42 n. 1.

1 VII Sogl. — 2 BALIATOR IIST Sogl. — *Vit. Vitalio baliat (valeat?). Car est. Musicus.*

4875 ad sin. 4874, inferius.

VICTOR V/...

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1890 p. 139 n. 6. — *Victor va(le).*

4876 in andronis, de quo ad 4871, pariete septentrionali, prope angulum occidentalem, in tectorio nigro, longa 0,34.

RIIGVLO PIILICITIIR · QVIA · VIIRCA IIST phallus
RIIG
RIIGV

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1890 p. 139 n. 7. — Sogliano *Not. d. sc.* 1893 p. 42 n. 3.

4877 supra 4876; litterae *C* altae sunt 0,07 et 0,06.

a

b infra *a*

Dedi ex apographo meo. — CHRT Sogliano *Not. d. sc.* 1893 p. 42 n. 2. — Estne *Cont(icuere)*, Verg. Aen. II 1, bis scribi coeptum?

4878 in eiusdem andronis pariete meridionali, ex adverso 4876.

AA 0,06

Descripsi.

4879 ad sin. 4878, a qua distat fere 2,70, lapide, ut videtur, scripta.

CASTOR 0,023
equus

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1890 p. 138 n. 4.

4880 in andronis, quo a via publica (n. 18) ad balneum descenditur, pariete occidentali.

VENIMVS 0,02

Descripsi.

4881 in aedium partis inferioris cubiculo ε in forma *Röm. Mitth.* 1890 tab. V 2, in tectorio albo.

XIAX

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1893 p. 40. — *Denarius I a(sses) X.*

4882 in aedium partis inferioris membro ψ in forma *Röm. Mitth.* 1890 tab. V 2, in parietis septentrionalis tectorio nigro.

a LVCA
b ad d. *a.*
LVCANICA IIII

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1893 p. 43 n. 1.

4883 in eiusdem membri pariete orientali.

XNAXIIIDIIII 0,023
DII LX

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1893 p. 43 n. 3. — Secundum signum num M an N fuerit, incertum.

4884 in cubiculi, quod tabernae n. 24 a sin. adiacet, pariete dextro, in tectorio albo.

...TIR
S BELLISSIMV
*fu*ITVERVNT

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1889 p. 115.

2 *bellissimu(m)* pro *bellissime.*

4885 in aedium n. 26 parte inferiore, inter membrum secundum et tertium a scalis, litteris altis 0,01.



Descripsi. — *mulviu, mulvi.* Bis *mulvius* scriptum esse affirmat Sogliano *Not. d. sc.* 1888 p. 513; inde Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 22.

4886 ad d. 4885.

GLAGVS 0,012
GL 0,011

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1888 p. 513. Lectio certa, nisi quod S male scripta est.

4887 in aedium n. 28 membri quod ostio a d. adiacet pariete ingressus, in tectorio nigro, prope pavimentum.

ΘΕΟΔΟΜΗΤΕ Μ ΑΠΑΤΡΑ
ΑΙΘΕΡΙΑΙ ΠΤΕΡΥΓΕC ΔΟΛΙΟΥ

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1888 p. 511; v. 2 Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 21.

4888—4892 in aedibus n. 30.

4888 in cubiculi, quod est ingredienti a sin., pariete sinistro, in tectorio rubro, alta 0,15.

Descripsimus.

lign(a)	
procu (?)	*IV*
pan(em)	*HVI*
coliclo (= *cauliculum*)	*II*
be(tam)	*I*
Sina(pi)	*I*
men(tam)	*I*
sale	*I*

4889 ad d. 4888, alta 0,085.

Descripsimus.
Silig., *hab(enam)*, *col(iculum)*, *bet(am)*, *men(tam) coeloe*(?). — Cf. 4888.

4890 in eiusdem cubiculi pariete adverso, in tectorio gilvo, alta 0,05.

DOMINII VV III
DOMINO V̄
SIIVEꝚO IIIS
DOMINO VI VIII IIII

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1885 p. 95; Sogliano *Not. d. sc.* 1883 p. 348; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 19.
3 III Sogl. Nicc.
1 *domin(a)e.*

4891 infra 4890 ad d., in tectorio viridi, longa 0,12.

DOMINO V VI IIII
DOMINO V
SEVEꝚO III

Descripsimus — Edidi *Bull. Inst.* 1885 p. 95; Sogliano *Not. d. sc.* 1883 p. 348; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 19.
1 V pro VI *Bull.* Sogl. Nicc. — IIII om. Sogl. Nicc. — 2. 3 numeros om. Sogl. Nicc.

4892 in scalarum, quibus ad inferiorem aedium partem descenditur, pariete sinistro, prope finem, in tectorio rubro.

QVINTVS 0,006

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1883 p. 348.

4893 in andronis n. 32 pariete dextro, in mortario operis incerti.

ЄΡΜΗC 0,05

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 157. — De Petra *Not. d. sc.* 1885 p. 162; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 18.

4894 ibidem in pariete dextro, prope finem, in tectorio nigro.

REPENTINVS 0,025

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 157; De Petra *Not. d. sc.* 1885 p. 162; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 18.
RETENTINVS De Petra, Nicc.

4895 *si raccolse fuori delle mura in corrispondenza della casa n. 32 un frammento d' intonaco con le lettere*

EAT Ꝭ

graffite su fondo nero. Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 539. Non vidimus.

4896 in aedium n. 34 membro ζ in forma *Röm. Mitth.* 1886 tab. VII *a*, carbone.

Dedi ex apographo meo. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 157; De Petra *Not. d. sc.* 1885 p. 162; inde Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 19.
Idibus Apri. vas a . . . . | *a quo Phileros. for . .*
IDIBVS APRI VRSA . . . | A QVO PHILeROS . . . CMI . . De Petra, Nicc.

4897—4922 in aedibus n. 36. 37.

4897—4909 in membri quod tablino a sin. adiacet pariete dextro, in tectorio albo.

4897 prope angulum interiorem, prope pavimentum.

ЄΠΑΓΑΘΟC 0,065

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 212. — ЄΠΑΓΑΘΟ̣Υ̂ *Mitth.* Sane OC parum certum.

4899 ad d. 4898, paullo superius.

ΙΙΡΑΡΗRΑ 0,03

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 164, *f*.

4900 supra 4899.

ΙΙVΚΥΜΙΙΛ 0,022

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 164, *d*. — *Eulyme(nus)*; cf. 4903.

4901 supra 4900.

Η ΚΛΕΙϹ ΤΗϹ ΑΡΚΑΑϹ
Η ΟΙ

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 212; Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 164, *b*; Niccolini IV, *Nuovi scavi* p. 17.

ΑΡΚΑϹ pro ΑΡΚΑΑϹ (*arculae*) *Mitth.* errore typographico. — 2 om. Sogl. Nicc.

4902 infra 4901.

MARIO MARIO 0,007

Descripsimus. — MARI Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 164, *e*.

4903 supra 4901.

ΙΙVΚΥΜΙΙΝVS 0,035

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1886 p. 164, *a*.

4904 infra 4899.

ΙΙVPLVS ΙΙVPΚVS 0,05

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 164, *g. h*.

ΙΙVΚL . . . . Sogl. *h*.

4905 infra 4904.

RΗΙΙΝVS
R Η Ι Ν V S

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 164, *i*.

4906 ad d. 4904.

DATV
TYRANOPANΗVM/ 0,05

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 212.

1 om. *Mitth.* — 2 ΙΙRANOPANΙΙVMΙ *Mitth.*

4907 supra 4906 et in ipsa.

HORMVS
HO 0,01
HORMVS 0,005

Descripsimus.

4908 infra 4906.

ΜΕΛΙΒΟΙΟϹ 0,03

Descripsimus. — *m*ΕΛΙΒΟΙΟϹ Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 164, *k*.

4909 ad d. praecedentium.

PHRASTΙΙS 0,075


Descripsimus.

4910 in pariete sin. scalarum quae praecedunt andronem quo ad inferiorem aedium partem descenditur, in tectorio rudi.

MCΙΙRVLΙΙVS SIT 0,009

Descripsimus. — ANΙΙRVLΙΙVS edidimus ego *Röm. Mitth.* 1886 p. 212 et Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 256.

4911 in andronis, quo ad inferiorem aedium partem descenditur, pariete dextro, prope principium, in tectorio rudi, longa 0,06.



Descripsimus. — CC CI CIↃIC Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 256 n. 1.

4912 ad sin. 4911.

Ↄ·Ɑ·O·Ǝ·Ↄ·ΑΙΟ 0,018

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 213; . . . . OƎↃAI Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 256 n. 2.

4913 infra 4912.

CΙΙΚΛ 0,007

Descripsimus. — CΙΙΙΛ Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 256 n. 3.

4914 in cellae, quae ad sin. andronis in quo 4911—4913 est secunda, pariete occidentali, intranti a sin., in tectorio albo.

XX ΗΙΙRACLAE 0,048

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 213; Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 256; inde Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 17.

XX legimus; VA = *vale* ego l. c. et Sogliano, dubium an recte. — ΗΙΙRACLA Sogl.

4915 in eiusdem cellae pariete dextro.

V IDVS · NOVΙΙ
VΙΙSTIA

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 213; Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p 256.

1 VI *Mitth.*; sed hasta illa aliena videtur. — NOVΙΙ *Mitth.* Sogl. — 2 VΙΙSTA·A Sogl. VΙΙSTVA *Mitth.*

4916 in cella quae andronis in quo 4911—4913 parti imae a sin. adiacet, sed non ab ipso sed a meridie aditur, in parietis orientalis tectorio albo.

C · MATEIVS
ABAS

Descripsimus. — 2 *Abas(cantus)*?

4917 in androne qui est pone aedium partem mediam (η in tabula *Röm. Mitth.* 1886 tab. XII) ad d. primae cellae, in tectorio albo.

0,153 ALBANVS CINAΙΙDVS ΙΙST 0,06

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 213; Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 164; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 17.

4918 in cellae δ formae *Röm. Mitth.* 1886 tab. XII pariete sinistro, in tectorio albo, alta 0,035.



Descripsimus.

4919 in eiusdem cellae pariete dextro, in tectorio albo.

ЄΛΑΒ
ΠΑΡЄΧΡΗϹΟϹ 0,03
ΑΠΗΝΟΝΚЄϹ
ЄΔΡЄϹ

Descripsimus. — 1—3 edidimus ego *Röm. Mitth.* 1886 p. 213 et Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 534. — 4 addidit Zangemeister.
Ἐλαβ(ες), παρέχρησ(α)ς, ἀπήν(εγ)κες.

4920—4922 in fragmentis tectorii repertis in membro ε formae *Röm. Mitth.* 1886 tab. XII.

4920 in tectorio nigro.

caput hominis ANA

Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 266 n. 2.

4921 in tectorio rubro.

RIICIIPTVS

Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 256 n. 3.

4922 in tectorio albo, carbone.

II . . . .
III MALLI . . . . .
CATAN . . . . .
FOR . . . . . .

Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 256 n. 4.

4923 in atrii n. 37 pariete adverso, prope angulum sinistrum, in tectorio gilvo.

ANARISTVS 0,009
PHOIIBO
SALVTIIM

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 535; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 16.

REG. VIII INS. 3.

4924 in tabernae n. 9 pariete dextro, in tectorio rudi, longa 0,24.

INCONTRA CVI)VIIII

Dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Sogliano *Not. d. sc.* 1899 p. 297.
IN CONTRA *P(ondo?)* VI Ↄ VIII.

4925 ad d. 4924, longa 0,31.

ANTIIROS HOC·SCRIPSIT

Descripsi. — ANTIIROS////// Fiorelli *Descr.* p. 324.

REG. VIII INS. 5. 6.

4926 in aedium n. 2 peristylii pariete posteriore, ad sin. exedrae.

NOI 0,018
AM caput hominis phallus directus versus os capitis illius
AMOI 0,018

Descripsimus.

4927 in aedium n. 2 exedrae, quae est in peristylii latere posteriore, pariete adverso, litteris altis fere 0,006.

QVIMO)Q MO////
IL)MINVCA

Descripsimus; dedi ex apographo meo. — *qui modo mo . . . . . erminuca?*

4928 ad sin. 4927.

ΠΟΧ

Descripsimus.

4929 in aedium n. 5 cubiculi, quod androni a d. adiacet, pariete sinistro, in tectorio albo.

N VOCO 0,035

Descripsi.

4930—4933 in aedibus n. 9.

4930 in andronis qui est ad sin. tablini, pariete sinistro, in tectorio albo.

CRIISCIINS 0,013

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1883 p. 117; Sogliano *Not. d. sc.* 1881 p. 322.

4931 supra 4930.

XVS XVS 0,013

Descripsi.

4932 in membri quod tablino a d. adiacet pariete adverso, ad d. portae, carbone, litteris altis fere 0,04.

CV HVC·CO
MM PRIM
FORTVNA//////
FELIX

Descripsi. — Dedi columnam primam ex apographo meo, alteram Soglianum secutus qui edidit *Not. d. sc.* 1881 p. 322 v. 1. 2 ex apographo Minervinii, 3. 4 e suo. Ipse descripsi admodum evanidam, ut pleraque dignosci non possent.

4933 in membri, quod est ad d. virdarii pariete dextro, in tectorio gilvo.

//////LBVS ET FORTVNATA DVO COIVGES 0,12

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1883 p. 195.
[Ba]lbus et Fortunata duo coiuges.

4934—4938 in aedibus n. 16.

4934 in horti pariete occidentali, ingredienti a sin., in tectorio albo.

BACTEICIEO 0,013—0,018

Descripsimus. — Cf. 4174. 4175.

4935 ad d. 4934.

QVIN 0,035

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1882 p. 436, *a*.

4936 infra 4935 ad d.

MARIM 0,037

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1882 p. 436, *b*.

4937 infra 4936 ad sin.

NOCT 0,035

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1882 p. 436, *c*.

4938 in eodem pariete, ingredienti a dextra, litteris altis fere 0,02.

Duo gladiatores, a quibus alter, sub SAC, alterum, sub M, tridente petit

Descripsimus; dedi ex Zangemeisteri apographo.

4939 in aedium n. 37 lararii basis latere sinistro, in tectorio rubro; c alto 0,21.

Descripsimus; dedi a Zangemeisteri apographo. — Edidi *Bull. Inst.* 1884 p. 110 n. 1; Sogliano *Not. d. sc.* 1882 p. 437, *e*.

Lege CATIA. prima A ex I, altera ex V correcta. CALIΨA Sogl. CALIX *Bull.*

4940 ad d. 4939.

PHOIIBVS 0,015

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1884 p. 110 n. 2; Sogliano *Not. d. sc.* 1882 p. 437, *f*.

4941 in aedibus n. 39, in peristylii, quod atrii locum obtinet, pariete sinistro, inter portam secundam et tertiam

LATINVS 0,011

Descripsimus.

REG. VIII INS. 7.

4942—4950 in aedibus n. 4.

4942 in ostii pariete dextro, in tectorio rudi.

ΑΒΗCΤΙΟC 0,012

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 145; Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 396.

ΑΒΗCΤΙΟC Sogl., ΑΡΗCΤΙΟC ego l. c., litterae B lineam inferiorem alienam ratus. — Litterae H linea media non certa.

4943 in ostii pariete sinistro, in tectorio rudi, longa 0,06.

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — MINVS edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 145. Cf. 4947.

4944 in eodem pariete prope atrium, in mortario operis incerti.

COMMVNIS 0,008
CLO.... A SVA
DOM

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 145; Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 397.

2. 3 om. Sogl. — *Communis Clodia sua dom(ina).*

4945 ad d. 4944, in mortario operis incerti.

COMMV 0,005
NIS

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 145.

4946 in atrii pariete anteriore, prope ostium, in tectorio rudi, longa 0,11.

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 145.

Φηλειχίων μο. α' ασ. γ' i. e. *Felicio modium unum asses tres.* Cf. Felicionem lupinarium vel lupinipolum 3423. 3483.

4947 infra 4946.

ΜΗΝΟC 0,004

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 146; Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 397.

Minus? cf. 4943.

4948 in atrii pariete sinistro, inter portam secundam et tertiam, in tectorio rudi.

CIIRA 0,02

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 397.

4949 in cubiculi, cuius porta est quarta in atrii latere sinistro, pariete sinistro, in tectorio rudi.

ΛΑΤΟΓΕΝΕΙΑ ΕΚΑΤΑ

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 144; Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 397.


ΛΑΤΟΓΕΝΕΙΑC ΚΑΙ Α(πόλλωνος?) Sogl. ΛΑΤΟΓΕΝΕΙΑCΚΑΤΑ *Mitth.* Lege Λατογένεια Ἑκάτα.

4950 in eiusdem cubiculi pariete dextro, prope angulum anteriorem, in tectorio rudi, litteris altis fere 0,016.



Descripsimus; dedi ex Zangemeisteri apographo. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 144; Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 397.
Scriptum est BAXXIS ΔOMNA. — BATRIS (= *patris?*) Sogl. LATRIS ego l. c., alienas esse ratus lineas quibus a efficitur; XX agnovit Zangemeister.

4951 ad sin. ostii n. 5, litteris altis fere 0,08.



Descripsi et edidi *Bull. Inst.* 1884 p. 188.
Voluit haud dubie scriptor *ursi me comedant* (cf. 2360), sed cum errore *comih* scribere coepisset, destitit, ne finita quidem a.

4952 in horti n. 5 pariete septentrionali, in tectorio albo.

CVM Q̣VIDAM PAVP 0,005

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1886 p. 142.
IIAVO *Mitth.* — *Cum quidam paup(er)*; cf. 4114.

4953 inter n. 5 et portam obstructam, in tectorio coloris incerti.

FORTVNATII 0,07

Descripsimus.

4954 ad d. 4953.

FORTVNA 0,045
TII LINGII
CVLVI

Descripsi et edidi *Bull. Inst.* 1884 p. 188 n. 2.

4955 ad d. 4954.

MЄΛΙΒΟΙΟC ... ΚΑΚΟC 0,02


Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1884 p. 188 n. 3 una cum 4956.
ЄΛΙΙΟC *Bull.*; legendum KAKOC.

4956 supra et infra ultimas litteras praecedentis.

M
TB

Descripsimus. — Edidi, una cum 4955, *Bull. Inst.* 1884 p. 188 n. 3.

4957 ad sin. ostii n. 6.



Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Edidi *Bull. Inst.* 1884 p. 188 n. 4; Sogliano *Not. d. sc.* 1882 p. 436; Niccolini IV *Nuovi scavi* 1874—82 p. 20; Buecheler Anth. n. 932.
1 LITTO . . . RIOR Sogl. — FATHOR Nicc.

Miximus in lecto, fateor, peccavimus hospes.
Si dices quare: nulla matella fuit.

dices pro *quaeres* ad evitandam cacophoniam *quaeres quare*. Buecheler interpretatur *peccavimus si excusata erit deficiens matella*; quod tamen mihi non persuadet.

REG. VIII INS. 8.

4958—4960 in aedibus n. 6.

4958 in porticus quae est ante virdarium pariete anteriore, intranti a sin.

IVCVNDVS 0,011

Descripsimus. — SIICVNDVS Fiorelli *Descr.* p. 349.

4959 ibidem intranti a dextra.

MAGIVS 0,022

Descripsimus. — Fiorelli *Descr.* p. 349.

4960 in eiusdem porticus columna prima a meridie.

GALLVS

Descripsi.

4961—4964 extant in Wordsworthii schedis, qui descripsit sed non expedivit, et ideo non edidit. Nos non vidimus.

4961

Wordsworth ms. II fol. 1ʳ, post 2414, quae extat in androne quo theatra adeuntur (n. 20).

4962

Wordsworth ms. I fol. 3ʳ, III fol. 3ᵛ, v. 1 etiam II fol. 20ᵛ, inter inscriptiones andronis quo theatra adeuntur.

4963

Wordsworth ms. I fol. 4ʳ, post 2440, quae extat in androne quo theatra adeuntur.

4964

Wordsworth ms. I fol. 6ᵛ, inter 2462 et 2461, quae extant in theatro maiore.

4965 in theatri maioris scaenae pariete occidentali extrinsecus prope angulum meridionalem, in tectorio albo.

ACTI VA 0,021

Descripsimus.

4966—4973 in theatri minoris pariete occidentali extrinsecus, inter portas scaenae et postscaenii, in tectorio gilvo secundi qui dicitur stili, quod quin statim post extructum theatrum, aetate Sullana, factum sit, vix dubium est; vide Mau, *Gesch. d. decorat. Wandmalerei in Pompeji* p. 248. Superpositus erat huic tectorio murus quo ludus gladiatorius a septentrione clauditur, extructus haud dubie quando porticus theatri in ludum gladiatorium transformata est. Quod quo tempore factum sit, non satis constat; vix tamen ante Claudii aetatem, cum nulla ibi pictura nisi quarti qui dicitur stili reperta sit. Inscriptiones longe antiquiores esse orthographia docet; scriptae sunt omnes ab eadem manu. Dedi omnes ex apographis meis a Zangemeistero passim correctis, quibus litterarum formas ut potui expressi; charta perlucida exarare conanti non processit. Edidit omnes Sogliano *Not. d. sc.* 1883 p. 52. 53 ex suo apographo cum meo collato.

4966

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1883 p. 52 n. 1. 6; inde Buecheler *Rhein. Mus.* 1883 p. 474; inde Baehrens *Jahrb. f. Phil.* 1883 p. 798; Buecheler Anth. n. 934.

. . . . . *tui me oculi pos(t)quam deducxstis in ignem*
. . . . *uim uestreis largificatis geneis*
. . . . . *non possunt lacrumae restinguere flam(m)am*
. . . . *cos incendunt tabifican(t)que animum.*

1 [*Qui fi*]*t? vi* Buecheler satis probabiliter; [*aedi*]*tui* Baehrens, quod scilicet oculi cordis sacrarium custodire debuerint. — 2 [*no*]*n ad vim* Buech., [*lumphae*] *vim* Baehrens; neutrum literarum reliquiae admittunt; tertium enim signum potest esse B, non D, cuius scriptor noster constanter aliam formam exhibet. Ceterum haec tria signa admodum detrita et incerta sunt. Expectaveris, ut recte monet Buech., *non ocuom*, vel simile quid. — 3 [*verum*] *non* Buech.; [*vanum:*] *non* Baehrens; utrumque admitti potest. — Mox TABIFICANTQVE omnes. — Carmen aetati Sullanae vel Ciceronianae adscribendum esse recte monet Buecheler, collatis quae collegit Gellius XIX, 9.

Tiburtinus epoese (pro ἐποίησε) haud dubie ad hoc carmen pertinet, a quo non recte diviserunt Sogliano et Buecheler.

4967 infra 4966.

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1883 p. 52 n. 2; inde et ex apographo meo Buecheler *Rhein. Mus.* 1883 p. 474 et Anth. n. 935.
1 VIISCINIII Sogl. Buech., et ita ego quoque descripseram; VIIICINIII scriptum esse vidit Zangemeister.

Deridetur hoc disticho carmen praecedens.
– ◡ ◡ – *veicinei incendia participantur*
– ◡ ◡ – *flammam tradere utei liceat.*

4968 infra 4967.

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1883 p. 52 n. 3; Buecheler Anth. n. 935.
. . . . . *bus per vic* . . . . [*a*]*morem*
. . . . . *detur dei* . . . .
. . . . *ocios* . . . . *n in istost*(?)
. . . *huc* . . . . *t*
3 ıNTΛIISTOST Sogliano, qui haec versui 2 attribuit et versui 3 T, quae incerta est.

4969 infra 4968.

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1883 p. 52 n. 4; inde Buecheler Anth. n. 935.
. . . . *n ore ap*(?) . . . . .
. . . *sumat aut ea va* . . . .
. . . *sumpti opus est a* . . .
. . . . *udam aut ei* (?) . . . *udai* . . .

4970 infra 4969.

. . . *habere aiunt eum* . . . *que locare*
. . *ui* . *um* . . . *deo condere uti liceat*

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1883 p. 52 n. 5; inde Buecheler Anth. n. 935.

4971 ad d. 4969.

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1883 p. 53 n. 7. 8; inde Buecheler Anth. n. 935.
Sei quid amor valeat nostei, sei te hominem scis,
Commiseresce mei, da veniam ut veniam.
Flos Veneris mihi de . . . .
2 MIHI Sogl. Buech. — Carmen, ad puerum directum, non ad finem perductum est.

4972 ad d. 4971.

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1883 p. 53 n. 9; inde Buecheler Anth. n. 935.

1 SIIL'N Sogl.
Caesia sei n . . . .
sei parvom p . . . . . .
es bibe lude . . . . . .
nec semper . . . . . .
Sunt distichorum vel hexametrorum principia. Ad 3 Buech. citat *ἔσθιε πῖνε παῖζε* in Sardanapalli monumento (Athen. XII 530*b*), Livium Andronicum *edi bibi lusi* apud Fest. epit. p. 11, 15, Plautum Mil. 677: *es, bibe, animo obsequere.*

4973 infra 4972.

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1883 p. 53 n. 10.
Solus amare v . . . .
multa opus sunt s . . . .
quod nesceire dare . . . . . .
Sunt haec quoque versuum principia. Fuerunt aut tres hexametri aut distichon et hexameter, carmine ad finem non perducto. Sensum indicat Buecheler: *solus amare valet qui scit dare multa puellae.*

4974 in templi dorici substructione, ab oriente, in tertii gradus lapide tofaceo septimo a septentrione.

LIBERALIS II 0,06

Descripsimus. — v. Duhn, *Der griech. Tempel in Pompeji* p. 21; Niccolini III, *Il tempio greco* p. 11.


REG. IX INS. 1.

4975 in tabernae n. 24 stipite sinistro, in tectorio rudi.

GENIA
GENIA·IS 0,03
GENIALIS 0,012
GENIALIS 0,015

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 292. In eadem taberna habes 2409: *Genialis cinede.*

4976 in aedium n. 26 triclinii, quod atrio a sin. adiacet, pariete sinistro, in tectorio albo, litteris grandibus. Nunc Neapoli in museo (n. 114323); sed tectorio fracto pars inscriptionis periit.




Dedi ex apographo meo. — Edidi *Bull. Inst.* 1885 p. 97. Niccolini IV, *Nuovi scavi* 1874—82 p. 20.

Sodoma Gomora. — Aut ab Iudaeo aut a Christiano scriptam esse apparet.

Scriptam esse post sepultum oppidum a superstite aliquo suspicatus est Sogliano, *Atti d. Acc. di Napoli* XVI p. 179, sine idonea ratione, ut mihi quidem videtur. Nam quod distat a pavimento m. 1,80, hoc non impedit, ut credit Sogliano, quin ab homine stante in ipso pavimento scribi potuerit. Immo inscriptionis adspectus ne ultimis quidem Pompeiorum temporibus eam adscribere suadet.

4977 in tabernae n. 27 pariete sinistro, in tectorio albo.



Descripsi. — *Quintio hic futuit ceventes et vidit qui doluit.*

REG. IX INS. 2.

4978—4990 in aedibus n. 17.

4978 in ostii pariete dextro.

PARIS 0,105

Descripsimus.

4979 ad sin. 4978.

ROMA 0,1

Descripsimus.

4980 infra 4979.

POMPIIS 0,022

Descripsimus.

4981 ad sin. 4979.

CARIS 0,04

Descripsimus.

4982 supra 4981 ad sin.

IVNIS 0,075

Descripsimus.

4983 infra 4982.

XV K PIIdRARIIS 0,015

Descripsimus.

4984 in eodem ostii muro, prope atrium.

DECENS VNIVERSIS 0,012

Descripsimus.

4985 in atrii pariete anteriore, intranti a d.

SATVRI HIC 0,011

Descripsimus.

4986 in peristylii pariete dextro; longa 0,22.

Descripsimus. — *ruta(m) qui oderat tisana(m) edeba(t).*
TISANAS? sed linea illa cum A coniuncta potius fortuita esse nobis visa est?

4987 infra 4976, alta 0,185.

CVPRIISSVS
AIITATIIM PIIRPIITVA
IIT PLATANV PLAAII
LVXV RIIGALI TVTOM
LIISRINA NITI
LACRIMASII MII

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. Inde a versu 3 medio pleraque non expedivi.

4988 in eodem pariete, ad d. ultimae portae, in tectorio rudi.

GALLIIINVS CIIRII 0,025

Descripsimus. — *Gallienus Cere[ali sal?].*

4989 in peristylii lateris dextri columna secunda, longa 0,115.

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato, quod e Zangemeisteri correxi. — .. *Popidius Ru[fus]* . . . *L. Popidius Quintio* . . . .

4990 in peristylii lateris anterioris columna tertia a dextra, a septentrione, in tectorio albo.

MЄPѠ 0,045

Descripsimus.


4991—4993 in aedibus n. 18.

4991 in tablini anta sinistra, a parte tablini, in tectorio olim nigro.

OYIΒΑΛΗC 0,008
ΠΑΝΤΑΙΚΑΚ


Descripsimus. — Hastae post *ου* et post *παντα* fortasse pro interpunctione habendae sunt.

4992 in tablini pariete sinistro, longa 0,19.




Descripsimus; dedi ex Zangemeisteri apographo charta perlucida exarato. — *M. V . . ius (Vinius?) Tucuminales (tu pulvinares* vel *pulvinar*[*i*]*s* suspicatur Zangemeister) *Romanus.*

4993 in andronis, qui est tablino a d., pariete sinistro, prope peristylium, longa 0,175.



Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato.
Ampliatus Pedania fur est?

4994 ad d. ostii n. 18.



Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Fiorelli *Descr.* p. 385.
M. Favius Rufus. — FANIVS Fior.

4995 inter ostia n. 23 et n. 24.

SVLIIMNIS sic 0,008
CVNV LINGII

Descripsimus.

4996 inter ostia n. 24 et n. 25, ubi incipit murus aedium n. 25. 26, in tectorio nigro, lapide vel creta duriore scripta.

NVCVLA 0,09
HAC

Descripsimus.

4997 inter ostia n. 25 et n. 26, in tectorio rubro.

CORESVS 0,025
ΓΙΙLΛ 0,07

Descripsimus. — 2 *fel(l)a*[*tor*] vel *fel(l)a*[*t*].

4998 ad d. 4997 in tectorio nigro.

PARDALVS 0,20
OMNIBVS

Descripsimus. — 2 *omnibus* [*sodalibus salutem?*]. Fortasse continuata erat ad d. in tectorio rubro, ubi extant vestigia incerta.

4999 (= 3338) ad sin. ostii n. 26.

M·CASELLIVM MARCELLVM AEDILEM BONVM ET MVNERARIVM MAGNVM

Descripsit Brizio et edidit *Giorn. d. sc.* II p. 44; mox periit; nos non vidimus.
Vocabulo *munerarius* teste Quintiliano VIII 3, 34 primum Augustum usum esse adnotat Brizio.

5000

MANESIS VALIQVE GEMM

Descripsi anno 1873 in septentrionali insulae latere, loco non adnotato. Prope praecedentes fuisse probabile est.


5001—5060 in aedibus n. 26.

5001 (= 3336) in ostii pariete sinistro.

CRESCENS
PVaLICVS
CINAEDVS

Barone *Giorn. d. sc.* II p. 34. Nos frustra quaesivimus.

5002 (= 3337) in atrii pariete dextro, longa 0,26.



Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Barone *Giorn. d. sc.* II p. 35. — *Arma virumque* Verg. Aen. I 1.

5003—5036 in porticus quae est ante virdarium pila secunda a dextra.

5003—5013 in pilae latere occidentali.

5003 (= 3297).

QVA

Descripsimus. — QVAE Barone *Giorn. d. sc.* I p. 281 n. 1, una cum 5004; et ita 3297.

5004 (= 3297) infra 5003 ad d.

TV QVIN

Descripsimus. — Post N pilae angulus; nihil periit. — QVAE . . TV QVI Barone *Giorn. d. sc.* I p. 281 n. 1, una scilicet cum n. 5003; et ita 3297.

5005 infra 5003 ad sin.

MOCS

Descripsimus. — *Mops(us).*

5006 (= 3298) infra 5005, longa 0,18.

Descripsimus; dedi e Zangemeisteri apographo charta perlucida exarato. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 281 n. 2; inde 3298.

En aspice fratrem miseri pavor.

O ATTICE Barone.

5007 (= 3299. 3300) infra 5006, longa 0,35.

Descripsimus; dedi e Zangemeisteri apographo charta perlucida exarato. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 281 n. 3. 4; inde 3299. 3300.

Dic mihi Damoeta felicior quam Phasiphae; haec omnia scripsit Zosimus.

Pro DIIT Barone legit O SIT, non recte. Cf. Verg. Buc. III 1 *Dic mihi Damoeta*; sed DIC legi nequit. — PHASIPHAE om. Barone, lacunam indicans.

5008 infra 5007.

Descripsimus; dedi e Zangemeisteri apographo charta perlucida exarato.

Pyrrhichus Pyrrhichus. — Hanc quoque ab eodem Zosimo (5007) scriptam esse credo qui tamen consulto aliis quibusdam litterarum formis usus est.

5009 (= 3301) infra 5008, eadem manu qua 5007.

FELICES OMNES FRVSTRAQVE VOCANTVR QVEM SVFFERRE POTEST NEMO 0,01

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 281 n. 5; inde 3301; Buecheler Anth. n. 1785 p. 824.

— ◡ ◡ *felices omnes frustraque vocantur*
Quem sufferre potest nemo.

... CES Barone. — FRVSTRA QVI idem.

5010 infra 5009, alia manu.

VICIMVS OCIVS 0,005

Descripsimus. — *vicimus ocius?*

5011 (= 3302) infra 5010, eadem manu qua 5007. 5009.

LECTOR AN MATHEMATICVS AN RHETORICOS 0,007

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 281 n. 6; inde 3302.

5012 (= 3303) infra 5011 ad d., eadem manu, nisi fallor, sed neglegentius scripta.

CERTE HINC ROMANOS OLIM 0,1
VOLVENTIBVS ANNIIS 0,05

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 281 n. 7; inde 3303; Fiorelli *Descr.* p. 389; Niccolini II *Descr. generale* p. 73.

HINC CERTE Barone et inde 3303. Correxit Trendelenburg *Bull. Inst.* 1871 p. 179; inde Zangemeister Eph. I n. 166.

2 ANNIVS Barone; inde 3303, ubi tamen Zangemeister coniecit, quod scriptum erat, ANNIIS.

Verg. Aen. I 234.

5013 (= 3304) infra 5012.

PVPIVS

Barone *Giorn. d. sc.* I p. 282 n. 8; inde 3304. Non vidimus.

5014—5026 in eiusdem pilae latere septentrionali.

5014

NICOM

Descripsimus. — *Nicom(achus).*

5015 (= 3319) infra 5014 ad sin.

FELICIO

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 24. — FELICIA Barone et inde 3319.

5016 infra 5015, longa 0,15.

ANONAM

Descripsimus.

5017 (= 3320) infra 5016, longa 0,16.

CVM QVIDAM CAVIC

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 25; inde 3320. — *Cum quidam paupe*[*r* .....; cf. 2386. 3067. 3136. 4114. 4951.
CVM QVIDAM MVS Barone et inde 3320.

5018 infra 5017 ad d.

CALOS ACTJ

Descripsimus.

5019 ad d. 5017 litteris parvis.

Descripsimus. — *Aut nam anta* (*narranti*? Zangemeister) *sacculi* ...

5020 (= 3321) infra 5018.

DVCTORES
LANAV

Descripsimus. — 1 DVCTOR FECIT Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 26, qui protomae hominis barbati adscriptam esse testatur. — 2 lectionis incertae; om. Barone. — *ductores* [*D*]*ano*[*um*] Lucret. I 86.

5021 (= 3322) infra 5020.

AQVA

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 27.

5022 infra 5020.

CROSIVS

Descripsimus.

5023 infra 5022 ad sin.

CRIISTVS

Descripsimus.

5024 infra 5022 ad d.

MANIIIII

Descripsimus.

5025 (= 3323) infra 5024.

ONVMMVIVM

Descripsimus. — NVMMVLVM Barone *Giorn. d. sc.* I 283 n. 28 et inde 3323.

5026 infra 5023.

EP EPISTVLI

Descripsimus.

5027—5031 in eiusdem pilae latere orientali.

5027

PRAEIVDICIVM

Descripsimus. — Cf. 5029.

5028 (= 3314) infra 5027 ad d., eadem manu qua 5007.

THRECTVS 0,018
THREPTVS 0,025
THRECTVS 0,015

Descripsimus. — TI TREPTVS ter Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 19 et inde 3314.

5029 (= 3315, 1) infra 5028 ad d.

CRAEIVDICIO QVAE 0,008

Descripsimus. — PRAE IVDICIO AVREI Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 20, qui cum 5030 coniungit. Inde 3315.

5030 (= 3315, 2) infra 5029 alia manu.

MEDICVS 0,005

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* II p. 283 n. 20 una cum 5029.

5031 infra 5028.

Descripsimus. — *Accepi epistulam tuam* ....

5032 (= 3316).

SEIANO AMANTISSIMO

Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 21, quo teste sequebantur alia quae legi non poterant. Nos frustra quaesivimus.

5033 (= 3317).

RIINIVS ONIISIMO SVO SALVTIIM QVI ....

Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 22. Nos frustra quaesivimus.

5034 (= 3318).

RIINIVS

Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 23. Nos frustra quaesivimus.

5035—5036 in eiusdem pilae latere meridionali; cf. Alphabeta.

5035 (= 3306).

PRAVV
S VT CVTIVS IBIIT

Barone *Giorn. d. sc.* I p. 282 n. 10; inde 3306, ubi Zangemeister conicit, in pariete fuisse: *pravus v*[*ir*] *cutius* (i. e. *cautius*) *ibet*. Nos frustra quaesivimus.

5036 (= 3307). Alta 0,045.

ΘPACWN
KYPIOC
HAIOY
ЄPWT

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 282 n. 11.
4 ENNT Barone et inde 3307. — Cf. 5037.

5037—5041 in podii quo pilae coniunguntur, latere externo (meridionali), prope pilam secundam a dextra, in tectorio gilvo.

5037 (= 3310) infra 5036, alta 0,04.

ΘPACWN
KYPIOC HAIOY
ЄPWTA CЄ O ΔOY
ΛOC HAIOC ЄYBЄA

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 282 n. 14.
Θράσων κύριος Ἡλίου· ἐρωτᾷ σε ὁ δοῦλος Ἥλιος ευβεα(?)

5038 (= 3308) infra 5037 ad sin.

SPONSOR

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 282 n. 15.

5039 (= 3312) infra 5038 ad sin.

ΘΡΑCωΝ
ΚΥΡΙΟC ΗΛΙΟΥ

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 282 n. 16.

5040 (= 3313) ad sin. 5039.

ΘΡΑCωΝ
ΚΥ
ΚΥΡ

ΘΡ

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 17.

5041 supra 5040, longa 0,1.

Descripsimus; dedi e Zangemeisteri apographo charta perlucida exarato.
Philani R . . .

5042—5052 in porticus quae est ante virdarium pila tertia a dextra.

5042—5047 in pilae latere occidentali.

5042 (= 3324).

FRVCTVS

Descripsimus. — AVCTVS Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 29 et inde 3324.

5043 (= 3325).

SVCIISSVS

Descripsimus. — SVCCESSVS Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 30 et inde 3325.

5044 (= 3326) infra 5043 ad sin.

FELICIO VITALI S

Descripsimus. — FELICIO VITARE Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 31 et inde 3326. — *Felicio Vitali s(alutem).* — Paullo inferius ad d. scriptum est FEL.

5045 (= 3327) infra 5044.

HOMO QVI

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 32. — In fine possunt perisse duae litterae.

5046 (= 3328) infra 4045.

COMMVNIIM

Descripsimus. — COMMVNEM Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 33 et inde 3328.
Cf. 1251 Add. 1597. 1766. 4251. 4272.

5047 (= 3329) ad d. 5046.

CVRTIVS

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 24.

5048—5050 in eiusdem pilae latere septentrionali.

5048 (= 3330).

Descripsimus; dedi e Zangemeisteri apographo charta perlucida exarato, cum quo meum congruit. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 35; inde 3330.
Euplia (Εὔπλοια) *f. a. v. n.* | *Euplia* FIIIA | *Euplia.* — 1 om. Barone. — 2 TVLLIA FILIA, 3 FVRIIA Barone.

5049 ad d. 5048 v. 2, eadem manu qua 5007, longa 0,055.

FELICES HOSTES

Descripsimus.

5050 infra 5049, alia manu, longa 0,09.

AMA FELICES

Descripsimus. — Respondet haec inscriptio praecedenti.

5051 (= 3331) in eiusdem pilae latere orientali, longa 0,06.

ZOSIME VA
caput leonis

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 36, qui non recte dicit infra inscriptionem caput hominis delineatum esse.

5052 (= 3332), infra 5051, litteris grandibus.

ZOSIMVS

Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 37. — Non vidimus.

5053—5055 in tertiae pilae a d. latere orientali.

5053 (= 3333).

ABA 0,03

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 38.

5054 (= 3334) infra 5053 ad d.

[illegible]
AMETTIOCVM 0,12

Descripsimus. — Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 39; inde 3334.
1 om. Barone; lege *Mettiocum.* — 2 A fortasse aliena; om. Barone.

5055 (= 3335).

AMA

Barone *Giorn. d. sc.* I p. 283 n. 40. — Non vidimus.

5056—5060 in porticus pariete sinistro (orientali).

5056

QVAMVIS 0,006

Descripsimus.

5057 infra 5056.

SIICVNDVS 0,015

Descripsimus.

5058 ad d. 5057, superius.

SVCCESSVS

Descripsimus.

5059 infra 5058, litteris maioribus.

CAMCANI 0,045

Descripsimus.

5060 infra 5059, ad d.

Descripsimus; dedi e Zangemeisteri apographo charta perlucida exarato.
III idus Octo(bres) Lychynica? — Infra inscriptionem quattuor naves delineatae sunt, una supra eam et una ad dextram.

REG. IX INS. 3.

5061 in tabernae n. 14 pariete dextro.

Descripsimus; dedi e Zangemeisteri apographo.
...idia II Quintilia (?) n Veneria II.

5062 inter ostia n. 14 et n. 15.

MATER EBRIA 0,04

Descripsimus.

5063 inter ostia n. 16 et n. 17.

NVMINA QVAE 0,025

Descripsimus.

5064 infra 5063 ad sin.

SOI-VS
MVS
CINIIIDVS
IIST

Descripsimus.

5065 in aedibus n. 19, in pariete dextro fornicis cui scalae superpositae sunt, quibus e virdario ascendebatur in aedium partem superiorem.

HIC DOMVS PAPIRIV SABINIVM 0,012

Descripsimus. — Nota genitivi exitum Graecum.

5066 infra 5065, longa 0,13.

SVCCESSVS

Descripsimus.

5067 ad d. ostii n. 19.

SVAS

Descripsimus.

5068 ad d. 5067, longa 0,05.

SIICIISSII sic

Descripsimus.

5069 infra 5068, longa 0,045.

SVCASA sic

Descripsimus.

5070 infra 5069 ad d.

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato.
SVIICAII (*Aeceus* pro *Aegeus*? cf. 5072)·TALVS·ISTIS CVNV.

5071 ad d. 5070.

PARVS

Descripsimus.

5072 ad d. 5071 superius.

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato.
TA[*l*?]VS | IICIIVS CANI IIIMI | SI[*b*?]I.

5073 ad d. 5072 prope angulum.

RVSV S
NS
SVCIISA- S
AIL

Descripsimus.

REG. IX INS. 5.

5074–5088 in aedibus n. 6.

5074 in ostii pariete sinistro, prope ingressum, in tectorio rubro.

a ID IISDCI 0,03
IV

b ad d. paullo superius, eadem manu:

IJR Ð

Descripsimus. — *a* Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 330, *a*.
1 ons DO Sogl.

5075 ad d. 5074.

HILAI— 0,025

Descripsimus. — *Hila(rus)*.

5076 inter 5074 et 5075, superius.

IIIAJRCV

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 330, *b*.
V habet Sogl.; nos non vidimus. — *Marcu(s)*.

5077 in atrii pariete sinistro, ante alam, in tectorio rubro, longa 0,03.

R AVCTA

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 330, *c*.

5078 in atrii pariete sinistro, ad d. ultimi cubiculi, in tectorio nigro.

NARCISSVS 0,011

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 331.

5079 in andronis, quo ante tablinum, ad d., scalae adeuntur, pariete sinistro, in tectorio rubro, longa 0,23, bene conservata sed male scripta.

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Non expedivi.

5080 in eodem pariete, in tectorio rubro.

PILIPVS 0,008

Descripsimus.

5081 ad sin. portae qua culina aditur.

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — *Nero Caesar*.

5082 in culina, in pariete ingressus, intranti a sin., longa 0,13.

HIIRJIIIIJROS · IIVIIJRVS

Descripsimus. — HIIRJIIIIRO SIIVIIRVS Sogliano *Not. d. sc.* 1878 p. 261, *a*. Certe *Severus* scriptor voluit.

5083 infra 5082, eadem manu, longa 0,14.

HIIRJIIIIS · CINAJIIIVS

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1878 p. 261, *b*, om. puncto. — Littera R post addita.

5084 ad d. 5083, inferius, longa 0,08.

SABINVS

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1878 p. 261, *c*.

5085 ad d. portae qua culina aditur.

JRVSTICVS 0,22
JRVSTICVS 0,18

Descripsimus.

5086 infra 5085, alia manu, longa 0,13.

Descripsimus. — *anumrub*, i. e. *urbanum*, ut haec inscriptio praecedenti quodammodo respondeat.

5087 ad d. 5086, longa 0,13.

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1895 p. 222; inde Buecheler Anth. p. 824. *Quisquis in alterius fortunis incubas.* Est hexameter non ad finem perductus.

5088 in eius membri per quod virdarium aditur pariete dextro, inter portas primae cellae et latrinae.

ЄПITYNXANOC 0,02
ЄПITYNXANOC 0,008
Є П I T Y N X Λ N C 0,026

Descripsimus. — V. 1 Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 333.

5089. 5090 in aedium n. 9 peristylii lateris anterioris et sinistri columna angulari.

5089 a meridie.

0,018 SVCCESSAMA deficit tectorium
SVCCESSA 0,013

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 274.
1 MEA Sogl. — 2 alia manu.

5091 ab oriente.

CVNN?VN 0,006
\ΛΛ/
MSVM 0,009

Descripsimus. — V. 3 Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 274.

5092—5098 in aedibus n. 11.

5092 in peristylii pariete anteriore, inter andronem et tablinum, in tectorio rubro eleganter scripta optimeque conservata; nunc Neapoli in museo. Versus 1 longus 0,26.

Descripsimus; dedi e Zangemeisteri apographo charta perlucida exarato. — Dressel *Bull. Inst.* 1877 p. 223; Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 250; *Revue archéol.* XXXVI, 1878, p. 64. 131. 191; Presuhn, Pompeji 1874—78 VII p. 8; Viola, *Gli scavi* 1873—78 p. 55 n. 14; Niccolini III, *Mestieri e industrie* p. 6; Buecheler Anth. n. 44.

Amoris ignes si sentires, mulio,
Magi(s) properares, ut videres Venerem.
Diligo puerum (corr. *iuvenem*) *venustum; rogo punge iamus.*
Bibisti, iamus, prende lora et excute,
Pompeios defer, ubi dulcis est amor.
Meus es

In 2 *Venerem,* 3 *rogo,* 5 *ubi* syllabis brevibus sed acutis pro longis usus est scriptor; at 3 *iamus* longa pro brevi. — 3 *punge* sc. mulos stimulo. — 6 non ad finem perductus.

Versus 3—6 alia manu quam 1. 2 scriptos esse non recte putat Presuhn.

5093 infra 5092, longa 0,04.

AEMILIVS

Descripsit Zangemeister. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 251 n. 2.

5094 ibidem, scariphata lineis subtilissimis; sed lectio certa.

PRIMIGIINIINIVS
SVCCIISSII SALVTII
VAL MIIA PISTILLA

Descripsit Zangemeister. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 251 n. 3; Dressel *Bull. Inst.* 1877 p. 223; Viola *Scavi* 1873—78 p. 53 n. 6.
Primigen⟨en⟩ius Success(a)e salute(m). Val(e) mea pistilla.

5095 in peristylii lateris anterioris et dextri columna angulari, inter meridiem et orientem.

SOPII · AMAT · AS · VAA▨V · N O A B T ·
FIILA · NON▨VLI · VIDIIRII
SI VIDIIR ILLIVS · MIILIV
FACIIRIIT CINIIDII BIILII FACIIR▨

Descripsimus; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato quod ex alio meo et e Zangemeisteri apographo passim correxi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 250 n. 1; inde Viola *Scavi* 1873—78 p. 55 n. 15.

1 ASVM CV NOABT· Sogl. Viola. — 2 NONnVLI Sogl. Viola; sed alteri N spatium non sufficit. — 3 ILLIVS dedi e Zangemeisteri et Sogliani apographis; ego descripsi ILIVS. — 4 CINIDII Sogl.

Sogliano sic interpretatur: *Sop*(*h*)*e amat Asum*(?); *cun*(*num h*)*ab*(*et*), *fel*(*l*)*a*(*t*); *non*[*n*]*ul*(*l*)*i videre; si vider*[*et* . .]*illius* (nomen proprium), *meliu*(*s*) *faceret* (*ut*) *cin*(*a*)*ed*(*us*) *bel*(*l*)*e facer*[*et*].

5096 in eadem columna, inferius, ab occidente.

V
VIINVS 0,008
VIINIIRIVS 0,008

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 250 n. 3. 4.

5097 in eadem columna.

ROMANVS 0,008

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 250 n. 2.

5098 in eadem columna.

AMARA·NTE 0,0022

Descripsimus. — *Amarante.*

5099—5106 inter ostia n. 16 et n. 17, in muro aedium n. 16.

5099 ad sin. ostii n. 16, in tectorio fusco.

PIIKIX 0,01
PIIKIX

Descripsi.

5100 ad sin. 5099, in tectorio fusco.

QVIQVAM 0,015

Descripsi.

5101 ad sin. 5100, in tectorio fusco.

AVGVSTVS 0,01

Descripsi.

5102 ad sin. 5101, in tectorio fusco et gilvo, lapide, ut videtur, scripta, longa 0,13.

C▨ESCES

Descripsi. — *C*[*r*]*esces.*

5103 infra 5101, in tectorio fusco, longa 0,03.

▨EIISCIIS

Descripsi. — [*C*]*resces.*

5104 ad d. 5103, in tectorio fusco, longa 0,062.

SVCCIISSA

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1878 p. 262, *a*.

5105 ad d. 5104, in tectorio gilvo.

0,028 OPTATA 0,007
VERNA A II 0,005

Descripsi. — 2 *a*(*ssibus*) *II*; cf. 4023. 4024. 4439. 4441. 4592.

5106 ad d. 5105, in tectorio fusco, longa 0,08.

PHILIITVS

Descripsi. — Cf. 4433.

5107 ad d. ostii n. 17, in tectorio nigro, longa 0,29.

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — IFIIIVSOLII?

5108—5111 in aedibus n. 18.

5108 in aditu cellae quae ostio a sin. adiacet, intranti a sin., in tectorio rudi, longa 0,08.

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — PARTHE...... Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 264. — *Parthe*[*nope*].

5109 in peristylii, quod atrii locum obtinet, lateris anterioris et sinistri pila angulari, a septentrione, in tectorio albo, longa 0,065.

VERVS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1878 p. 264, *a*.

5110 infra 5109 ad sin., longa 0,16.

ERACLA FVR

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1878 p. 264, *b*.

5111 in eadem pila, ab occidente, in tectorio albo.

L · A 0,025

Descripsi.

5112—5119 ad sin ostii n. 18.

5112 carbone scripta in tectorio rudi.

DISCITE DVM VIVO MORS 0,14
INIMICA VENIS

Descripsi. — Sogliano *Not. d sc.* 1878 p. 262 n. 3; inde Viola *Scavi* 1873—78 p. 59 n. 35 et Niccolini IV *Nuovi scavi* 1874—82 p. 16; Buecheler Anth. n. 1491.
2 INIMICA Sogl. — VENIT omnes. *Discite: dum vivo, mors inimico, venis.*

5113 infra 5112, in podii margine rubro, longa 0,115.

VIDIA IVCVNDA

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1878 p. 262, *b.*

5114 infra 5113 ad d., in tectorio nigro, longa 0,15.

AV.....S MVLIO SIC

Descripsi. — MVLIO S Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 262, *c*, una cum 5115.

5115 infra 5114, alia manu, lineis subtilissimis, longa 0,35.

QVIS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1878 p. 262, *c*, una cum 5114.

5116 infra 5113 in tectorio nigro.

AEWNAC 0,065

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1878 p. 262, *d.*

5117 infra 5115.

...VCCIISS...

Sogliano *Not. d. sc.* 1878 p. 262, *f*; non vidi.
[*S*]*uccess*[*a*] Sogl.; cf. 5104.

6785 in atrii pariete anteriore, intranti a sinistra, inter portam cubiculi et scalas, in tectorio nigro.

XVSTVS

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — XVSIXVS Sogliano, additis lineis alienis.

6786 in atrii pariete sinistro, in tectorii nigri area secunda; v. 2 longus 0,085.

IVCVNDVS
GRATE SALVTEA

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 149 n. 5.

2 SALVTE *Mitt.* — GRATES ACATTER (= *agata ter*) Sogl. — *Grat(a)e salutem.*

6787 infra 6786 alia manu, litteris subtilissimis, longa 0,08.

[facsimile]

Descripsi. — *Iucundus.*

6788 infra praecedentes ad sinistram, lineis subtilissimis, longa 0,075.

[facsimile]

Descripsi. — ATTINVLVS Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 149 n. 6.

6789 ad d. praecedentium, in tectorii nigri area tertia.

[facsimile] 1/2

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 149 n. 7.

L Varius Cocaistus satis clare scriptum.

VASIVS *Mitt.* — L·VALIVS EGISTVS Sogliano.

6790 ad d. 6789, in tectorii nigri area quarta, prope marginem sinistrum.

3/4

Descripsi. — Sic fere Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 149 n. 8, nisi quod pro є habet C.

6791 in tablini anta sinistra, a parte atrii, in tectorio albo, longa 0,045.

ΑCMΕΝΟC
ASMΙΙΝVS

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 152 n. 10.

6792 in cubiculi quod tablino a d. adiacet pariete anteriore, intranti a sinistra, prope portae limen superum, in tectorio gilvo. M alta 0,03, S 0,11.

MARCVS

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 161 n. 11.

6793 in cubiculi cuius porta est in atrii latere dextro secunda pariete dextro, ad d. picturae Thesei et Ariadnae.

VII K AVG 0,009

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 152 n. 9.

6794 in virdarii pariete anteriore, in tectorio rudi, ad sin. 6636, carbone.

M V 0,09
M V

Descripsi v. 1; v. 2 evanuerat. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 163 n. 15.

6795 ibidem infra 6636, carbone.

FRONTONI 0,18

Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 163 n. 15; inde ego *Röm. Mitt.* 1901 p. 334. Vidi reliquias.

6796 in peristylii pariete dextro, ad d. primae portae, in tectorio albo quarti qui dicitur stili.

1/2

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 333. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 166 n. 16.
M. Lucretius Fronto vir fortis et ho(nestus?). V. 2 eradi coeptus.

6797 ibidem inter portam primam et secundam.

3/4

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 333. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 166 n. 17.
Cf. 6799. *M. Lucretius Lirus*, cliens certe Frontonis, frequens est in apochis Iucundianis; sed ibi ubique editum est LERI. At XXV 16 clare scriptum est LIRI, X 6. 10 LIIRI minime certum. Ceteris locis (LIV 13. LX 7. LXX 10. XC 3. CXIV 1) litterarum imago non expressa est, tamen LIV 13. LX 7. LXX 10 E non satis clare apparere indicat Zangemeister. Haud dubie ubique legendum est LIRI.

6798 ibidem ad sin. secundae portae.

3/4

Descripsi. — XXVI XXVIII.

6799 in peristylii columna prima, inter occidentem et meridiem, in tectorio albo quarti qui dicitur stili.

3/4

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 333. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 163 n. 13.
(M. Lucretius) Lirus; cf. 6797.

6800 ad d. 6799, v. 1 longus 0,016.

IVCVND
IVCVND

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 163 n. 14.
2 om. Sogliano.

6801 in culinae pariete occidentali, carbone.

.......AVCT
HELPIS
ATTICO

Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 162 n. 12. Non vidi; evanuerat.

6802 in faucium quibus a postico peristylium aditur pariete dextro (septentrionali), ad sin. portae, in tectorio albo.

1/3

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 360. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 170 n. 18.
SATVRNI *Mitt.* Sogliano, et sic certe voluit scriptor. Sed scriptum est SASTVRNI, secundo S post addito.

6803 ad d. 6802.

$^3/_4$

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 360. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 170 n. 19.
Corint(h)us.

6804 ad d. ostii primi a meridie, in extremo muro aedium M. Lucret Frontonis, in podii tectorio fusco, longa 0,3.

THRCNVS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 280 n. 1, qui cum 6805 coniungit.

6805 infra 6804, longa 0,16.

$^1/_4$

Descripsi. — HΠΛ Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 280 n. 1. Sunt litterae sine significatu: CHTVAI.

6806 supra 6804 ad d., in podii margine gilvo, longa 0,05.

QVIIS

Descripsi.

REG. V INS. 5.

6807—6809 in ostii quod in insulae latere occidentali est quartum a meridie poste dextro, in tectorio rudi (*Ziegelstuck*).

6807 longa 0,2.

SCAEV

Descripsi.

6808 ad sin. 6807, paullo superius, longa 0,17.

SIMO

Descripsi.

6809 supra praecedentes, litteris minimis, longa 0,012.

CONV

Descripsi. — *Conv(iva?).*

REG. V. INS. QVAE PRIMAE A SEPTENTRIONE ADIACET.

6810 in insulae latere occidentali, ex adverso fere salientis publici, in cuius cippo sculpta est ampulla, in tectorio rubro, litteris subtilissimis.

GAVIVM RVFVM
[illegible]S ROGAT

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 156 n. 16.
1 RVFVM dedi Soglianum secutus; ego vidi [illegible]. 2 [illegible]S om. Sogliano.

6811 ad d. 6810.

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 156 n. 17.
M. Salario feliciter. M·ARRIO Sogliano. De M'. Salario Croco v. ad 6645 et 6647, qui tituli ab hoc non longe distant.

REG. VI INS. 9.

6812 in aedium n. 3 (*del Centauro*) cubiculi quod faucibus a d. adiacet pariete adverso, in tectorio nigro primi q. d. stili, longa 0,14.

CORNIILIA·P·F·ORIISTINA 0,015

Descripsi indicante R. V. Magoffin.

REG. VI INS. 15.

6813 ad d. ostii n. 12, longa 0,23.

CORCV

Descripsi. — *corcu(lum)?*

REG. VI INS. 16.

6814 in insulae latere meridionali, ad d. ostii n. 2, longa 0,3.

ꓶOSIMVS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 323 n. 18.
Zosimus. — OSIZMVS Sogl.

6815—6844 in insulae latere orientali.

6815 inter ostia n. 4 et n. 5, in podii tectorio rubro.

1/4

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 154 n. 5. — *Felicem Aufidium felicem semper deus faciat.*

6816 inter ostia n. 5 et n. 6, in podii tectorio rubro, longa 0,06.

SIICVNDVS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 154 n. 6.

6817—6837 in aedibus n. 7.

6817—6826 in faucibus.

6817—6821 in pariete dextro, in tectorio nigro antiquiore.

6817

1/2

Descripsi; dedi ex apographo meo, quod qua potui diligentia delineavi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 376 n. 6.
Campylus Poppaeae sal(utem).

6818 ad 6817.

MODIISTVS 0,025
CVM ALBANA 0,02
ALBANA 0,02

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 376 n. 7.
3 alia manu.

6819 infra 6817, v. 1 longus 0,215.

1/2

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 376 n. 8.
1 QVINOAGIGIINTA. 2 VAIIRAAIT? VAIIRA Sogliano. 3 IIXINDII . . . . . . ?

6820 ad d. 6819 longa 0.37.

SIC COTINI VOTO POS ꟼATA NOVISSIMA

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 376 n. 9.
SICCO TII . . . . . VOTO Sogliano. — Est hexameter non ad finem perductus:
Sic cotini voto pos(t) fata novissima — ᴗ.

6821 add. 6820, superius, longa 0,39.

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 376 n. 10.
SOLGI VOX CONTRA NA . . . . . QVID IID . . . NTII. Voluitne *contra naturam?* SOLGI VOX CONTRA . . . . . . omissis ceteris Sogliano.

6822—6825 in faucium parietis sinistri tectorio nigro antiquiore.

6822

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 274 n. 3.
RECI. — PECI Sogliano. — E alta 0,06.

6823 ad d. 6822; v. 1 longus 0,07.

APRILIS 0,015
COCTOR 0,01

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 374 n. 1.
2 COCTOB Sogliano. — *coctor* habes 1658.

6824 infra 6823; v. 1 longus 0,14.

SODALIV
PROCVL

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 374 n. 2.
SODALI PROCVLo Sogliano. Sed v. 1 V descripsi; nunc tectorio recenti tectum est. Proculum habes 6827.

6825

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 374 n. 3.
QVO aIaIIT . . . . OSSA eINIS QVII TIIGVNT. Pentameter est.

6826 in faucium parietis sinistri tectorio recentiore.

Descripsi. — POS PRVI*nam*? Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 376 n. 5. *propius* inverso litterarum ordine?

6827 in atrii pariete posteriore, ad d. portae qua itur in peristylium, in tectorio rubro, longa 0,09.

PROCVLVS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 379 n. 11.

6828 in peristylii pariete posteriore, ad sin. portae secundae a dextra, in tectorio nigro quarti qui dicitur stili, longa 0,095.

ΜΗΗϹΘΙΙ ΠΡΕΙΜΕΝΗϹ ΠΥ[?]ΛΕΙΚΟϹ ΚΑΙϹΑΡΟϹ
Ο Ε
ΜΝϹΘΗ ΠΡΙΙ

Descripsi. — (ἐ)μνήσθη Πρειμ(ογ)ένης πύπλειχος Καίσαρος: i. e. *Prim(og)enes (servus) publicus meminit Caesaris.*

6829 in peristylii lateris anterioris et dextri columna angulari, ab oriente, in podii tectorio gilvo, longa 0,034.

CINNAMVS

Descripsi.

6830 infra 6829, longa 0,027.

PON[?]VS

Descripsi. — *Pon[t]us.*

6831 in peristylii lateris dextri columna secunda, a septentrione, in tectorio albo; v. 1 longus 0,043.

QVIIIDAM
SIINIIX

Descripsi.

6832 in peristylii lateris dextri et posterioris columna angulari, longa 0,05.

MARCVS MARCVS

Descripsi.

6833 in peristylii lateris posterioris columna secunda a dextra, longa 0,03.

SVPIIS
gladiator

Descripsi; lectio certa.

6834 in peristylii lateris posterioris columna tertia a dextra, inter meridiem et occidentem, longa 0,04.

CINNAMVS

Descripsi. — Cf. 6829.

6835 ad d. 6834, longa 0,915.

ρυλ

Descripsi.

6836 in peristylii lateris anterioris columna secunda a sinistra, a meridie, in tectorio albo, longa 0,03.

AMABIS ET T

Sic descripsit Matthaeus Della Corte; ego vidi AMABIS E.

6837 in eadem columna, ab oriente, in tectorio albo, longa 0,055.

CASSIV
gladiator

Descripsi.

6838 in tabernae n. 10 parietis sinistri tectorio rudi.

IX KIVNIASINPIIRATOR 3/4
DIIISFVITSOLIS

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — *IX k(al) Iunias inperator | dies fuit Solis.*

6839—6843 in aedibus n. 15.

6839 in faucium pariete sinistro, in tectorio rubro, longa 0,06.

ΦΗΛΙΚΛΑ 0,01

Descripsi. — Φηλίκλα.

6840 in faucium pariete dextro.

ΔΘΗΙ

Descripsi.

6841 in atrii pariete anteriore, intranti a sinistra, inter fauces et proximam portam; v. 1 longus 0,19.

IIXX K·IANVARIAS
SE C K K NIIRONIISII

Descripsi.

6842 infra 6841.

SIQVISNONVIDIVIINIIRIMQVAMNA... 3/4
IVPAMIIAASPICIATTALISIIT...

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — In fine tectorium periit; inter id quod remanet et proximae portae antepagmentum non plus quam quatuor litteris spatium sufficit.
Si quis non vidi(t) Venerem quam na . . . . pupa(m) mea(m) aspiciat talis et c . . . .

6843 infra 6842; longa 0,32.

...I...V·INVS

Descripsi. — *Venus?*

6844 in fragmento tectorii rubri reperto in via Stabiana ante aedes n. 15.

AEMI

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 158 n. 29. — *Aemi[lius].*

6845—6860 in insulae latere occidentali.

6845—6848 in aedibus n. 26—27.

6845 in atrii pariete anteriore, intranti a d., in tectorio rudi, longa 0,03.

CONS

Descripsi.

6846 ad sin. 6845, longa 0,075.

II II VIII VII III 0,01

Descripsi.

6847 supra 6846 ad sin., longa 0,05.

SANEM 0,008

Descripsi.

6848 in membri quod atrio a d. adiacet pariete dextro, in tectorio gilvo quarti qui dicitur stili, alta 0,26, longa 0,21, litteris altis fere 0,05.

ΓHCAIB
ΓHCNK
ΓHCNK
ΓHCNK

Descripsi.

6849 in aedium n. 28 tablini anta sinistra, ab eo latere quod tablinum spectat.

CIIR
XXXI
D·IIIIIII
S&S XVII
PER·XIIII
COCTI·DVO

Descripsi.

6850 infra 6849.

QVID 3/4
CANISTIPVS

Descripsi; dedi ex apographo meo, non tamen charta perlucida exarato. — *quid canistipus?*

6851—6853 in aedibus n. 29.

6851 in faucium pariete dextro, prope ostium, in tectorio albo, longa 0,22.

C·VIITTIVS FIRMVS 0,03

Descripsi.

6852 in atrii pariete anteriore, intranti a sinistra, inter fauces et proximam portam, in tectorio albo, longa 0,27.

C·VIITTIVS FIRMVS 0,015

Descripsi.

6853 in atrii pariete anteriore, ad d. portae secundae a septentrione.

XVI K FIIIK COCO ~VIIXTIT 3/4

Descripsi. — *XVI k(al.) Feb(r). coco venit.* — Voluitne *copo*? vel *cocus*? Certe COCO clare scriptum est.

Prope haec alphabetum n. 6910.

6854—6857 in aedibus n. 35.

6854 in atrii pariete anteriore, intranti a dextra, inter fauces et proximam portam.

ROSCIA 3/4

Descripsi. — *Roscia?*

6855 in andronis, quo itur ex atrio in posteriores aedium partes, pariete sinistro (septentrionali).

ϽCOYΔENΦIAIDΓ 0,01

Descripsi.

6856 ad d. 6855.

ROMA 1/2

Descripsi.

6857 in membri, quod androni quo in aedium partes posteriores itur a sinistra (a septentrione) adiacet, pariete anteriore, in podii tectorio rudi (*Ziegelstuck*).

STD 0,08

Descripsi; lectio certa; nihil deest.

6858—6860 in aedibus n. 36.

6858 in peristylii pariete sinistro, in tectorio coloris incerti, carbone, longa 0,5.

MARIVS 0,08

Descripsi.

6859 in peristylii lateris sinistri et posterioris columna angulari, in tectorio rudi (*Ziegelstuck*).

MATFYS 3/4

Descripsi; quid sit nescio.

6860 in triclinii, quod est post peristylium, pariete dextro, in tectorio albo tertii qui dicitur stili.

PSAMATE VA 3/4

Descripsi. — *Psamat(h)e va(le).*

REG. VI INS. OCCIDENTALIS.

6861 in hypogaei concamerati, quod aditur ab ostio n. 37, pariete anteriore, in tectorio rudi (*Ziegelstuck*).

ALBA 0,05

Sogliano *Not. d. sc.* 1900 p. 270. Non vidi.

REG. VII INS. 4.

6862 in andronis qui aditur ab ostio n. 8 pariete sinistro, in tectorio albo, longa 0,51.

TESTIS·EGO·SVM.////FELATVR 0,035

Descripsi indicante Sogliano.

REG. VIII INS. 3.

6863 in tabernae n. 9 pariete dextro, in podii tectorio rudi, longa 0,14.

COSMVS 0,025

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1899 p. 497.

REG. IX INS. 5.

6864 in aedium n. 11 culinae pariete dextro, in tectorio rudi.

OPTVME MAXIMII
IVPITER DOMVS OMNI POTIIS
ACRATVS SIIRVO NIIQVA

Descripsimus recens detectam. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 251. Viola *Scavi* 1873—78 p. 59 n. 33.

1 MAXIM Sogliano. — 2 AGRATVS Sogliano. *domus* pro *dominus.* — *servo nequa* pro *servus nequam.*

6865 in earundem aedium membro quod est in peristylii latere dextro tertium, in pariete dextro.

AE NOSTRAE FELICITER 0,022
ETVO · ROGO · DOMIIA PER 0,22
M · FISICAM TE ROGO NI ME 0,2
VS HABETO MEI MEMORIAM 0,1

Descripsimus recens detectam. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 251. Viola *Scavi* 1873—78 p. 54 n. 13.

1 [*Grat*]*ae* Sogliano, ob amphoram n. 5800 in harum aedium culina repertam. — 2 [*perp*]*etuo*? Mox scriptum erat ROGOMNA, deinde erasis MNA eorum loco DOM scriptum et IIA, i. e. NA, additum est. — 3 [*Venere*]*m*. NI lectio certa. — 4 princ. coniunctivum in *—rus* pro *ris* terminatum (velut *figarus* 2082) scriptum fuisse suspicabatur Zangemeister.

OPPIDI MVRI ET PORTAE.

6866 in turris quae est ex adverso viae Mercurii membro inferiore, ad d. fenestrae quae occidentem spectat, in tectorio albo.

SVI . . SSTKA 3/4

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — SVI . . SSTKA. De Stlaborio cogitat Sogliano.

BOSCOREALE. BOSCOTRECASE.

6867—6881 in aedificio quod prope stationem viae ferratae eruderandum curavit Ferrucius de Prisco, in quatuor lateribus pilae nunc Pompeios translatae, ubi descripsi anno 1903.

6867 lapide rubro in tectorio albo; v. 1 longus 0,67.

CERDO SODALIBVS
BRVNDISIO

Descripsi.

6868 in alio pilae latere, ad d. 6867, lapide rubro in tectorio albo; v. 1 longus 0,62.

CERDO · HIC · BIBIT
SILVATICE · VIDES

Descripsi.

6869 in tertio pilae latere, ad d. 6868; v. 1 longus 0,63.

CERDO CERDONIBVS
SAL

Descripsi.

6870 infra 6867, in tectorio albo.

1/2

Descripsi.

6871 infra 6870, in podii tectorio rudi (*Ziegelstuck*).

CERDO II

Descripsi. — *Cerdo hic.*

6872 infra 6871 in podii tectorio rudi, longa 0,24.

L · VERATIVS · VESTALIS

Descripsi.

6873 infra 6870, ad sinistram, litteris subtilibus.

3/4

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — *Pr. k(al) M[a]ias | supposui (ova) gall(inae) | III k(al) Maias on . . . .*

6874 infra 6869, in podii margine superiore.

3/4

Descripsi. — IIT . . IIΛ . . . . .
IIX ΛΚΙΙΧSΛRIS VIII

6875 ad d. 6874, inter multas lineas alienas, longa 0,043.

P CADO

Descripsi.

6876 infra 6875.

VO 0,025

Descripsi.

6877 ad d. 6875, longa 0,24.

OPIIRΛRIS PANII DIINARIV

Descripsi. — *operari(i)s pane(m) denariu(m).*

6878 in quarto pilae latere.

3/4

Descripsi. — Cf. sequentem. ΓPANIVS, Γ pro G scripta.

6879 supra 6878..

3/4

Descripsi. — Cf. 6878.

6880 in eodem pilae latere, carbone in tectorio albo, longa 0,24.

[illegible] PΛM [illegible] 0,06

Descripsi.

6881 infra praecedentes, in podii tectorio rudi, longa 0,43.

CCCCCCCXXXXXXX

et ad d. superius XIII

Descripsi.

6882. 6883 in villa quam annis 1903. 1904 in regione *Pisanella* eruderandam curavit Vincentius de Prisco. Extant Pompeis.

6882 longa 0,4.

LVCIIRCAKIN MAPCO IIT CACATO ʃIKIC

Descripsi. Cf. 6695.

6883 longa 0,045.

ΔΗΜΗΤΡΙΟϹ

Descripsi.

6884—6889 in villa rustica quam in regione *Civita Giuliana* eruderandam curavit Carolus Rossi-Filangieri.

6884—6886 in columna quadam. Hae partes tectorii Pompeis adservantur, ubi descripsi mense Iulio 1903.

6884 in tectorio albo.

3/4

Descripsi. — *Nuncquam milibus crura mea coni . . . . .*

6885 in tectorio albo.

Descripsi. — 1 est hexameter principio mutilus: *(En?)* [*f*]*ormonsa domus domino veneranda futura*.
2 non expedivi: *hos n. buci?*

6886 in podii tectorio rudi; v. 1 longus 0,16.

PALOS·ACVTOS DCCCXL
QVI NON·ACVTI CDLX
SVMMA M CCC

Descripsi.

6887–6889 in cellae cuiusdam pariete.

6887

Descripsit Della Corte; non vidi.
In acervo magno pali sunt MXXIII.

6888

Descripsit Della Corte; non vidi.
Iuba(?) va(le) Pali quadri flou?

6889

M L X X V
CO...TVS
gladiator *gladiator* APOLLONIVS
L X X X I V
PORCHLVS ROGATVS

Descripsit Della Corte; non vidi.

6890–6897 in villa detecta in fundo Santini oppidi Boscotrecase; extant Pompeis.

6890

VNCTOR XANTHE TI*bi* CARVS LVSVQVE IOCOSO
ADSVETVS

Descripsi.

6891 supra 6890.


Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Non expedivi.

6892 litteris cursivis magnis et pulchris.

QVISQVIS·AMAT·NIGRA NIGRIS·CARBONIBVS·ARDET
NIGRA CVM VIDEO MORA·LIBENTER AEDEO

Descripsi. — *Quisquis amat nigra(m) nigris carbonibus ardet.*
Nigra(m) cum video, mora libenter <*a*>*ed*<*e*>*o.*
Wick (cum quo Sogliano titulum communicavit) Vind. p. 27 n. 41: „... se ... nigras omnino timere et adversus eas mora edere solere tamquam amuletum fassus est." Sed praestat a talium ineptiarum interpretatione abstinere; mora memorat scriptor quia nigra sunt.

6893



2/3

Descripsi. — Pentameter est: *Caesaris Augusti femina mater erat.*

6894 infra 6891; v. 1 longus 0,17, v. 2 0,12, v. 3 0,22.

RECECTVS · ACTIO SA
ACTI VA
RECECTVS · ATHICTO SAL


Descripsi. — 3 *Athicto.*

6895 in columna peristylii, in tectorio albo; longa 0,04.

Q IVNIVS

Descripsi.

6896 infra 6895.



Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — *Falerno iur . . i?*

6897 in pariete atrii rustici, carbone.

XVII · MI · XCP
M · IIIIIIIIIII
XXVII · S · ACEPI
M · XXXXV XV XV
PAV · SPO · XX
VCR · CCNLLC
M · MED · XXXII · MED

Descripsi. — 6 quae secuntur post VCR· parum certa sunt.

6898—6902 in villa rustica quam in fundo suo territorii Boscoreale eruderandam curavit Ioanna Zurlo.

6898 longa 0,13.

ACTI VA

Descripsi.

6899 lapide rubro, longa 0,60.

CARIS VA

Descripsi.

6900

MVNIIRIIAV 0,10
IITVI


Descripsi.

6901 longa 0,80.



Descripsi; dedi ex apographo meo quod ut potui delineavi.

6902 alta 0,30.



Descripsi; dedi ex apographo meo quod ut potui delineavi. *Duos Fabios(? Cadios?) merca(n)tes rogamus.*

SCAFATI.

6903 in villa quam prope oppidi coemeterium anno 1905 eruderandam curavit Ianuarius Matrone, in peristylii columna; v. 1 longus 0,10.

NONIS APRILIS 0,015
TVCVR 0,013

Descripsi apud Matronium.

ALPHABETVM.

6904 ad d. ostii V 3,9; distat a terra fere m. 1.

A B C D II II G H

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 282 n. 11.
DIIFH Sogliano.

6905 ad d. 6904, infra 6701, longa 0,71; distat a terra fere m. 1.

sic sic
AXBVCTDSHRFQGPHOINKIML 0,07

Descripsi. — A—Q, ceteris omissis, Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 282 n. 15.

6906 ad sin. ostii V 4, 13, longa 0,06; distat a terra 1,25.

A B C D ////////// K ////// O P Q

Descripsi; cf. Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 86.

6907 ad d. ostii V 4,13, in podii tectorio rudi, longa 0,13; distat a terra 0,96.

AYBVCTDSIIRFQCPHO *i n k* ML 0,014

Descripsi; cf. Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 86.

6908 in aedium M. Lucreti Frontonis, quarum ostium in insulae V 4 latere occidentali est primum a meridie, faucium pariete dextro, in tectorio rubro.

A B

Descripsi. — AB Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 146 n. 2.

6909 infra 6908.

ABCDIIFGHKIMNVLX

Descripsi. — ABCDIIG omissis ceteris Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 146 n. 2.

6910 in aedium VI 16,29 atrii pariete anteriore, inter portam primam et secundam a septentrione, colore vel lapide rubro in tectorio albo.

ABCDIIF 0,18

Descripsi.

AD QVADRATARIORVM NOTAS.

OPPIDI MVRI ET PORTAE.

5507 179—189. A secunda turri occidentem versus per m. fere septem ad explorandam muri antiquitatem dempta est terra qua parietis interioris et exterioris intervallum expletum erat. Itaque nunc utriusque parietis latus id quod intervallum spectat conspicitur et comparuerunt in pariete interiore hae notae.

179—184 in lapidibus calcareis.

179 = 11 in quatuor lapidibus, e quibus unus a latere adverso (quod urbem spectat) eandem notam habet.

180 = 12 semel.

181 = 14 bis.

182 semel.

Descripsi.

183 semel in lapide qui a latere adverso habet 11 = 179.

Descripsi.

184 semel.

Descripsi.

185—189 singulis vicibus in lapidibus tofaceis.

185

Descripsi. — Cf. 46.

186

Descripsi.

187

Descripsi.

188

Descripsi. — Cf. 123. 134.

189

Descripsi. — Cf. 158. 159.

190—195 in porta Vesuviana et prope eam, in lapidibus tofaceis.

190 = 6 = 54 ter.

191 semel.

Descripsi.

192 semel; extat in via loco non suo.

T

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 99 n. 1.

5507 193 semel in parietis exterioris anteride.



Descripsi.

194 in via loco non suo extare dicit Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 99 n. 2, qui alii lapidis faciei notam 6 = 54 = 190 incisam esse testatur. Ego frustra quaesivi



195 extat in via, loco non suo.



Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 99 n. 3. Quadratarii notam esse non credo.

OPPIDI AEDIFICIA.

5508 33 in lapide tofaceo qui extat in medio atriolo rustico villae quae est extra portam Herculanensem exeunti a dextra (*casa delle colonne di musaico*).



Descripsi.

VIARVM MARGINES.

5509 41 = 1*b* semel in lapide tofaceo qui nunc extat, loco non suo, in regionis quintae insulae quae primae a septentrione adiacet lateris orientalis ostio quod est septimum a septentrione.

Descripsi. — ɪɪᴀ (si haec est) Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 150.

42*a* = 11*a* ter in regionis quintae insulae quae primae a septentrione adiacet latere occidentali.

Descripsi.


42*b* = 11*b* bis ibidem.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 150, qui tamen alteri exemplo admiscuit lineas alienas, pro altero habet X.

43 = 5508, 14 quater in insulae VI 15 latere occidentali.

Descripsi.

44 semel ibidem.



Descripsi. — xcᴧ Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 150. Ego has lineas fortuitas duxi.

AD TITVLOS VASIS FICTILIBVS INSCRIPTOS.

N. 2551 = 5520.

Ad n. 2561. H. Dessau I. L. S. ad n. 8581 huius tituli meminit, cogitans ni fallor de legendo primo versu *suff(usum)*. R. Schoene.

N. 2562 = 6136.

N. 2567 = 5831.

N. 2568 = 5732.

Ad n. 2570. *g(ari) f(los)* legendum esse primus docuit H. Dressel, *Bull. comun. di Roma* 1879 p. 61 ss. Sic *gari flos* legitur apud Pelagonium § 428 Ihm (= γάρου ἄνθος Hippiatr. p. 44); *liquaminis flos* ib. § 467. R. Schoene.

Ad n. 2571. Formula quae est *per se* quid significet, optime illustratur loco Plinii Secundi medicinae p. 51, 10 Ros.: *aquam marinam aliqui per se dant, sed raphanos supermandi iubent ex mulsa aceta, ut vomatur*; quibus redduntur haec verba ex Plinii N. H. XXXI 65: *qui puram dedere* (sc. aquam marinam) *raphanos supermandi ex mulso aceto iubent, ut ad vomitionem revocent.* Formula usitatissima est medicis; cf. Scrib. Larg. 7. 19. 46bis. 56. 111. 119. 135. 158. 174bis. 236. Multos Plinii locos congessit Sillígius ad N. H. XXXII 45. Graeci similiter αὐτὸ καθ' αὑτό; cf. Galen. vol. XII p. 655 K. R. Schoene.

N. 2573 = 5674.

Ad n. 2574. Garum Pompeis etiam Romam advectum esse apparet ex vase Romae reperto C. I. L. XV 4686, in quo legitur *gar(um) Pompeian(um)*. R. Schoene.

N. 2580 = 5691.

Ad n. 2583. Romae in monte Quirinali reperta est amphora olearia, in qua legitur *usibus cellari Severi*, C. I. L. XV 4807. Quae inscriptio haud scio an ad oleum pertineat usuarium, quod secundum titulum C. I. L. VI 8594 ansarium non debebat, cum a mercatoribus promercalium, quaecumque in urbem invehebant, ansarium exactum esse appareat ex titulis C. I. L. VI 1016 (Dessau I. L. S. 375). Similiter explicari potuerit quod legitur in vasis n. 2583 et 5597 (quem titulum iam H. Dressel cum amphora romana composuit) *in usus* (*ussus*) *C. C. H.*, 5732 = 2568 *in usus C. C. Veri*, 6201 et 6218 *in usus P. B. P(. . P)*. Nihil enim obstat quominus etiam Pompeis rerum a mercatoribus invectarum ansarium exactum esse statuatur (cf. Liebenam, *Städteverwaltung im röm. Kaiserreich* p. 23, quem librum mihi indicavit O. Hirschfeld). A quo si res privato usui mercatorum liberatae erant, utile erat vasa quibus eiusmodi res continebantur, ita inscribere ut cum in urbem inveherentur; appareret ansarium eorum non deberi. Potuerit cogitari de simili interpretatione vocis quae est *penuarium* in titulis 5621. 5643. 5645 *Bull. com. Rom.* 1879 p. 117 n. 150. Dubito tamen num ordo verborum huic interpretationi faveat; sane quae H. Dressel ad C. I. L. XV 4687 exposuit, huc valere non videntur. R. Schoene.

N. 2585 = 5618*d*.

N. 2587 = 5704.

N. 2588 = 5716.

Ad n. 2589. *Liquomen bonum* legitur apud Pelagonium § 98 Ihm (= *γάρον καλόν* Hippiatr. p. 78); *l. summum* ibidem § 11. *Liquamen primum et secundum* est in edicto Diocl. III 6. 7, quorum prius in exemplari graeco *γάρον γεύματος πρωτείου* dicitur. Liquamen primum et secundum legitur etiam in Hermeneumatis Einsidelensibus (Goetz, Corp. gloss. lat. III p. 230 = Haupt opp. II p. 516, 28) ibique graece redditur *γάρον πρῶτον καὶ δεύτερον*. R. Schoene.

N. 2593 = 5715.

N. 2594 = 5710.

N. 2596 = 5621.

N. 2598 = 5626.

N. 2599—2601 = 5618*a*–*c*.

Ad n. 2602 et 2603. Ad ME, MES A. Héron de Villefosse, *C. R. Ac. d. inscr.* 1893 p 240—243 confert amphoram Carthagine repertam (nunc C. I. L. VIII Suppl. 22640, 8), cui inscriptum est: *Q. Lepido M. Lollio cos. an. vinum Mesopotamium V. Afranio Silvio.* Dictum esse opinatur hunc vinum a *Mesopotamio* quod erat inter Syracusas et Agrigentum (Itin. Ant. n. 96). Hunc igitur vinum etiam in amphoris Pompeianis indicari. Quod ut fieri potuit ita sane incertum est.

N. 2614: cf. 6370.

N. 2616 = 5599.

N. 2623 = 5696.

N. 2636 = 5635.

N. 2637 = 5634.

N. 2638–2640 = 5915.

N. 2650 = 5653.

N. 2654 = 6470.

N. 2655 = 5636.

N 2656 = 5873.

Ad n. 2662. In tituli *a* altero versu H. Dressel ad C. I. L. XV 4788 legendum esse suspicatur *Secundio* . . — Titulum *b* lege XIX i. e. XXIX.

N. 2663 = 5897.

N. 2669 = 5652.

Ad nn. 2673. 2674. Legendum TIH KA·CEKONM et TIH KA· CEK: v. 6430. 6431.

N. 2676 = 6322.

N. 2688 = 5872.

N. 2703 = 6047.

Ad n. 2725*b*. Legendum haud dubie CAPAΠIC ΔωPA; cf. 2849. 6546—6550.

N. 2826 = 6449.

N. 2833 = 6389.

N. 2841 = 6458.

N. 2842 = 6461.

Ad n. 2849. Cf. ad n. 2725*b*.

N. 2852 = 6304.

Ad p. 226 n. 2610. Debebam ad Handii Turs. II p. 633 n. 34 relegare, qui hunc usum praepositionis quae est *ex* idoneis exemplis illustraverat. R. Schoene.

Ad n. 5520 = 2551. In versu tertio legendum videri *diff(usum) Id. Aug. bimum* significaveram in Addendis p. 226 loco Martialis allato; idem iam docent tituli Romani C. I. L. XV 4539. 4571. 4573. 4610. R. Schoene.

Ad n. 5552 cf. 6040.

Ad n. 5604 cf. 6162. 6917. 6918.

Ad n. 5605. 5627. 5628. Supplendum potius *lum(pae) vet(eres)* propter 5611—5613. 5615—5617.

Ad 5667. Aliud exemplar (G F) repertum est 6 Febr. 1905 in taberna VI 15, 10.

Ad n. 5679. Aliud exemplar (G F SCOMλP) repertum est 2 Aug. 1903 in aedificio quod in regione *Carità* territorii Gragnano eruderarunt Carolus Rossi-Filangieri et Agnellus Marchetti. Descr. Della Corte.

Ad n. 5682. Aliud exemplar repertum est 2 Aug. 1903 in aedificio quod in regione *Carità* territorii Gragnano eruderarunt Carolus Rossi-Filangieri et Agnellus Marchetti. Descr. Della Corte.

Ad n. 5725. Aliud exemplar (M·F) repertum est 8 Aug. 1905 in aedificio quod in regione *Carità* territorii Gragnano eruderandum curarunt Carolus Rossi-Filangieri et Agnellus Marchetti. Descr. Della Corte.

Ad n. 5808. *Ti. Cl(audii) Po(lybii?).*

Ad n. 5836. *Proclus* Sogliano *Not. d. sc.* 1881 p. 323 n. 14, non recte.

Ad n. 5869. Dele "= 26".

Ad n. 5894. Edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 257, qui legit M·TERENTI ARTRITACI.

Ad n. 5898. Edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 158 n. 27, qui dicit repertam esse inter insulas VI 15 et VI 16. — *b* 1 DI Sogliano.

Ad n. 5920. Non Tιβ. sed *τιη* legendum est; v. 6430—6437.

Ad n. 6035. Sic fere edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 275.

Ad n. 6131. Supple *P. A(ppulei) B(assi).*

Ad n. 6167. Edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 158 n. 30, qui repertam esse dicit 24 Oct. 1903.

Ad nn. 6379. 6380. In adnotatione pro VI 16, 11 lege VI 16, 30.

Ad n. 6437. Edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 158 n. 26, qui repertam esse dicit 23 Sept. 1903.

Ad n. 6530. Παύσω[νος] δρῶ[παξ]?

Ad n. 6546. Exemplar repertum 19 Febr. 1904 edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 277.

Ad n. 6573. Edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 351*b*, qui legit

ΤΦΘΑΓCΥΝΑ
ΑC

I.

6911 in amphora (XII) reperta in villa rustica quam in fundo suo oppidi Boscoreale eruderandam curavit Ioanna Zurlo, colore albo.

S............
..........N....
NERO .... COS
....
NERON.. ....· ET ....
.... II ....

Descripsi.
Duo tituli esse videntur. V. 5 num III an IIII fuerit dubium est.

6912 in collo amphorae (XLI) reperto in eadem villa, colore albo.

SA 0,027
VESP IIII COS 0,016

Descripsi.

6913 in amphora reperta ad aedificium quod prope ostium Sarni eruderandum curavit Ianuarius Matrone.

a ΚΑΙΓ ΙΤΛ
ΟΥΕϹΠΑ

b in ventre, colore rubro
ΚΑΙΚΙ

a Vespasiani consulatus indicari videtur.

II.

6914 in amphora reperta 8 Oct. 1904 in membro quod est post tabernam VI, 16, 14, colore rubro.

MIXST
CVM VES
LI
MAL CO .... VIALS

ab altera parte, colore rubro

XXVI 0,015

Descripsi. — V. 4 apographon charta perlucida exaravi sic:

MAL CO V ... 2/3

6915 in amphora (XI) reperta in villa rustica quam in fundo suo territorii Boscoreale eruderandam curavit Ioanna Zurlo.

TAVR
M. S F

Descripsi.

6916 in amphora (XI) reperta ibidem.

TAVR
M M VF

Descripsi.

6917 in amphora (XLI) reperta 10 Iun. 1904 in culina aedium VI 16, 32, colore rubro.

q C̄ C̄ VINI 3/4
BLLI

Descripsi. — Cf. sequentem et 5604. 6162.

6918 in amphora (XLI) reperta 13 Iun. 1904 in earundem aedium atrio; v. 1 longus 0,045.

q C̄ C̄ VINI

Descripsi. — Cf. praecedentem.

6919 in urceo (VI) reperto 7 Nov. 1903 in via Stabiana ante ostium VI 16, 17.

G F SCOMBR
SCAVRI

Descripsi. — *G(arum vel ari) flos scombri Scauri.*
Cf. 5682 ss.

6920 in urceo (VI) reperto in villa detecta in fundo Santini territorii Boscotrecase.

G F SCOMBR
....A SC..........

Descripsi. — Cf. praecedentem.

6921 in urceo (VI) reperto in villa rustica quam in fundo suo territorii Boscoreale eruderandam curavit Ioanna Zurlo.

G F SCOMBR
SCAVRI
AB·AGATHOPODE
CLAVDIO·EVLOGO

Descripsi.

6922 in urceo (VI) reperto 7 Apr. 1903 in triclinio aedium V 4, 13 (M. Fabi Secundi).

LIQVAMEN

Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 96.

6923 in collo amphorae magnae reperto in villa rustica quam annis 1903. 1904 in regione *Pisanella* eruderandam curavit Vincentius de Prisco.

LIQ
CPS


Descripsi.

6924 in urceo (VI) reperto in via Stabiana, prope insulae VI 16 angulum septentrionalem.

LIQVAMEN
OCTIMVM

Descripsi. — Cf. 5707.

6925. 6926 in duabus amphoris formae hic delineatae, repertis 23 Mai. 1904 in aedium VI, 16, 10 corte quae est prope culinam.



6925 OL· 0,012
Q·E·B·T·E· XXVS 0,015
P·LXVIIS 0,017

6926 OL· 0,012
Q·E·B·T·E· X[illegible] 0,015
P·L XXIII 0,015

Descripsi. — 1 *ol(eum)*?

6927 in amphora (XLI) reperta 23 Dec. 1904 in aedibus VI 16, 26 colore rubro.

PIMP
NVMERIO
FORTVNATO

Descripsi.

6928 in urceo (XVI) reperto 23 Dec. 1905 in aedibus VI 16, 26 in repositorio quod est ad sin. scalarum.

YDRE

Descripsi.

III.

6929 in amphora (XI) reperta 20 Mai. 1904 in aedibus VI 16, 10, longa 0,085.

AMANDIDI

Descripsi. — *Amandidi* pro *Amandi* scriptum.

6930 in amphora (XXXVI) reperta cum 6929; v. 3 longus 0,055.

a ///
\/////
TI·CL v ANICETI

b eodem loco, antiquior, longa 0,045.

FRECCID 0,008

Descripsi. — *a Ti. Clu. Aniceti.* Voluit haud dubie *Cl(a)u(dii)*, sed lectio certa.

6931 in amphora formae hic delineatae, alta 0,63, reperta 28 Iul. 1904 in culina aedium VI 16, 32.

a P·CXXXX 0,008
Ꝑ XXXXXVII 0,008
Q CORDI FILI ET Q N S 0,008

et sub ansa, ad perpendiculum ////XS

b ab altera parte IV-
PCLX/////A R

c in ventre graphio scriptum ////ORD////

Descripsi.
a Q. Cordi fili et Q. n(epotis) s(ervus?). Titulum similem male descriptum habes 2635.
c [C]ord[i].

6932 in amphora (X) reperta anno 1906 in aedificio quod in regione *Crapolla* territorii Scafati eruderandum curavit Vincentius de Prisco.

a colore rubro EPAGA

b atramento NV E
L·A A

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte; non vidi.
a Epoga(thi).

6933 in amphora (VIII) reperta cum 6931, prope ansam, longa 0,018.

HELI

Descripsi.

6934 in collo amphorae (fere VIII, sed maior) reperto 19 Iul. 1904 in aedibus VI 16, 26.

a longa 0,11 IVLI·CORINTHI·

b ab altera parte, carbone D IIII 0,07

Descripsi.

6935 in amphora (X) reperta cum 6932.

ΠΓΑ
L·I·FF 3/4

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte.

6936 in collo amphorae (XLII?) reperto 22 Nov. 1904 in horto aedium VI 16, 26; v. 2 longus 0,023.

TII
MINVC

Descripsi.

6937 in amphora (XXXVI) reperta in villa detecta in fundo Santini territorii Boscotrecase.

a v. 2 longus 0,027 VII
MINVC

b ab altera parte C·T·C 0,012

Descripsi. — *a* 2 *Minuc(ii).*

6938 in amphora reperta 8 Aug. 1905 in aedificio quod in regione *Carità* territorii Gragnano eruderandum curarunt Carolus Rossi-Filangieri et Agnellus Marchetti.

M·VE·V

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte.

6939 in urceo (VI) reperto in aedificio quod in fundo suo territorii Boscoreale eruderandum curavit Ioanna Zurlo, longa 0,07.

\\////R///CI SCAVRI

Descripsi.
A. Umbrici Scauri.

IV.

6940 in amphora (XLI) reperta 23 Dec. 1904 in aedibus VI 16, 26, carbone; alta 0,55.

a

Descripsi.

6941 in amphora (X) reperta anno 1906 in aedificio quod in regione *Crapolla* territorii Scafati eruderandum curavit Vincentius de Prisco.

C·CCC 3/4

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte.
Similes litterae num C an P significent dubitari poteat.

6942 in amphora reperta 2 Sept. 1905 in aedificio quod in regione *Carità* territorii Gragnano eruderandum curarunt Carolus Rossi-Filangieri et Agnellus Marchetti.

a CCCC

b inferius Λ·V·M

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte.
a cf. ad 6941.
b cf. ad 5955.

6943 in amphora (VIII) reperta 2 Mai. 1904 in aedibus VI 16, 35.

ΠΙ

CCCC 3/4

Descripsi. — Cf. 5979.

6944 in amphora (fere XXXVII) reperta 19 Mai. in aedibus VI 16, 10.

C·A 0,006

Descripsi.

6945 in amphora (XXVII) reperta in villa detecta in fundo Santini territorii Boscotrecase, evanida.

C

Descripsi.

6946 in amphora magna (fere XXIX), alta (sine collo, quod deest) 0,80, larga fere 0,80, reperta in villa detecta in fundo Santini territorii Boscotrecase, evanida.

3/4

Descripsi.

6947—6949 in tribus amphoris (VIII) repertis 20 Iul. 1904 in aedibus VI 16, 30.

a colore rubro C·M·SAL 0,035

b **6947** supra *a*, atramento

3/4

6948 ab altera parte, atramento, evanida

M·AR

6949 ab altera parte, atramento, longa 0,04

C·M·F·C

Descripsi.

6950 in amphora (XI) reperta 20 Mai. 1904 in aedibus VI 16, 10.

FR 0,01
LPT 0,015

Descripsi.

6951 in amphora (XLI) reperta 21 Oct. 1904 in aedibus VI 16, 29.

L·N·O 0,026

et inferius XEON 3/4

Descripsi.
In XEON litterae N prima tantum hasta certa est.

6952 in amphora (VIII) reperta in villa detecta in fundo Santini territorii Boscotrecase, colore rubro.

M·A·N

Descripsi.

6953 in amphora (VIII) reperta in eadem villa, colore rubro.

M M S 0,025

Descripsi.

6054 in collo amphorae (VIII) reperto 12 Iul. 1904 in aedibus VI 16, 26.

3/4

Descripsi.
M. Menit . . .?

6955 in amphora (XI) reperta in aedificio quod in fundo suo territorii Boscoreale detexit Ioanna Zurlo.

M 0,022
C·T·R 0,03

Descripsi.

6956 in amphora (fere VIII) reperta 19 Iul. 1904 in aedibus VI 16, 26, colore rubro.

M·V·E

Descripsi.

6957. 6958 in duabus amphoris formae hic delineatae, altis 0,9, repertis 15 et 20 Iul. 1904 in aedibus VI 16, 26.



a in ventre NVII 0,1

b in collo 6957

[graphio] 1/2

c in 6958 ab altera parte

XII 0,04

Descripsi.

6959 in amphora reperta 27 Dec. 1904 in aedificio quod in regione *Messigno* territorii Gragnano eruderandum curavit Iacobus Matrone, colore rubro.

Q·C·R

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte.

6960 in amphora reperta mense Dec. 1904 in eodem aedificio.

a atramento Q·C·R

b graphio scripta ATTICI

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte.

6961 in amphora (VIII) reperta in villa detecta in fundo Santini territorii Boscotrecase.

3/4

et prope ansam

3/4

Descripsi.
Non expedivi. 2 *p calat.. etinum?*

6962 in amphora (X) reperta 19 Iul. 1904 (cum 6956) in aedibus VI 16, 26.

3/4

Descripsi.

6963 in duabus amphoris (XI) repertis in villa rustica quam annis 1903. 1904 in regione *Pisanella* territorii Boscoreale eruderandam curavit Vincentius de Prisco.

STR 0,022
AGC 0,026

Descripsi.

6964 in amphora (XI) reperta 8 Iul. 1904 in aedibus VI 16, 26.

STR 0,017
LAA 0,01

Descripsi. — 2 cf. 6044.

6965 in amphora (XI) reperta 15 Iul. 1904 in earundem aedium corte quae est post atrium.

a TAR 0,03
LAA 0,016

b ad sin. *a* INII 0,015

c supra *a* ad d., graphio scriptum

F

Descripsi. — *a* cf. praecedentem.

6966 in amphora (XI) reperta 20 Mai. 1904 in aedibus VI 16, 10.

a TM 0,024
LAA 0,025

b graphio scriptum in collo ante cocturam

PAI 0,04

Descripsi. — *a* cf. praecedentes.

6967 in villa rustica quam in regione *Civita Giuliana* territorii Boscoreale eruderandam curavit Carolus Rossi-Filangieri.

VI 0,007
TMF 0,012

Descripsi.

V. GRAPHIO SCRIPTA.

6968 = 6960*b*.

ATTICI

6969 = 6931*c*.

cORDi

6970 = 6965*c*.

F

6971 = 6966 *b*.

PRI

6972 in magnae amphorae (XI) acumine, reperto 20 Mai. 1904 in aedibus VI 16, 10.

B 0,08

Descripsi.

6973 in dolio alto m. 1,60, reperto 28 Mart. 1905 in aedificio quod in regione *Carità* territorii Gragnano eruderandum curarunt Carolus Rossi-Filangieri et Agnellus Marchetti, prope marginem.

ⅬXXXXVIIS

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte.

6974 in magno dolio reperto in villa rustica quam in regione *Civita Giuliana* territorii Boscoreale eruderandam curavit Carolus Rossi-Filangieri; extat Pompeis.

ΓⅬXX LX 0,04
M·ⅬXVII 0,04

Descripsi.

VI. *GRAECA.*

6975 in amphora (XLI) reperta 7 Nov. 1903 in virdario aedium VI 16, 36, longa 0,055.

ΑΘΗΝΑΙΟΥ

Descripsi.

6976 in amphora (VIII) reperta 22 Nov. 1904 in horto aedium VI 16, 26.

L
ΑΠ 0,007

Descripsi.

6977 in amphora reperta 3 Aug. 1899 ad aedificium quod prope ostium Sarni eruderandum curavit Ianuarius Matrone.

a colore rubro ΑΠΕΛΛΗC

b graphio scriptum ΑΠΕΛ

Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 428 n. 8.

6978 in amphora reperta cum 6977, graphio scriptum.

ΑΠΟ

Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 428 n. 10.

6979 in amphora (XII) reperta in villa detecta in fundo Santini territorii Boscotrecase, longa 0,045.

ἀΠΟΛΛWΝΙΟΥ

Descripsi. — Cf. 6305.

6980 in amphora (XIII) reperta 15 Iul. 1904 in aedibus VI 16, 30.

ΔΗΡ 3/4

Descripsi. — αδηρ . . . ?

6981 in amphora (XLI) reperta cum 6980.

ΕΥΠΟ 0,015
Ε 0,035
CYN 0,025

Descripsi. — 1 Εὐπό(ρου)?

6982 in amphora formae hic delineatae reperta cum praecedentibus.



a longa 0,08

ΕΥΤΥΧΟΥ

b infra *a*, longa 0,1

ΜΖΚ ... ΑΠΟ

c ad d. *a*, prope ansam

ΠΕ 0,015

Descripsi.

6983 in amphora (X) reperta 20 Iul. 1904 in isdem aedibus VI 16, 30.

ΘΥ
ΒΗ 3/4

Descripsi.

6984 in duabus amphoris (X) repertis cum 6983.

ΘΥ 0,012
ΕΛΥ 0,01

Descripsi.

6985 in amphora (fere XXIX) reperta 23 Dec. 1904 in isdem aedibus VI 16, 30.

ΘΥ
ΕΠΙ 0,01

Descripsi.

6986 in amphora (X) reperta cum 6980—6982.

ΘΥ 0,018
ΚΡΑ 0,06

Descripsi.

6987 in amphora (X) reperta cum praecedentibus.

ΘΥ
ΚΡΑ 3/4

Descripsi.

6988 in amphora (X) reperta cum praecedentibus.

ΘΥ 0,02
ΛΔ 0,021

Descripsi.

6989 in amphora (X) reperta cum praecedentibus.

ΘΥ 0,012
ΥΠΕ 0,014

Descripsi.

6990 in amphora (VIII) reperta 19 Mai. 1904 in aedibus VI 16, 10.

ΤΥ
ΙLIIX
ΙΟΥΔΑΙΚΟΥ

Descripsi.

6991 in amphora (XIII) reperta 15 Iul. 1904 in aedibus VI 16, 30, colore rubro.

ΚΑ 0,015
ΛΑ 0,06

Descripsi. — Cf. 6384.

6992 in amphora (VIII) reperta ibidem 20 Iul. 1904.

3/4

Descripsi. — Τι. Κ(λαυδίου) Ἀνα . . . . .

6993 in amphora (fere XXIX), reperta 21 Oct. 1904 in aedibus VI 16, 29.

Κ • ΑΝΙΚ

Descripsi.
Κ(λαυδίου) Ἀνικ(ήτου).

6994 in amphora (fere XXXVI) reperta 20 Mai. 1904 in aedibus VI 16, 10.

3/4

Descripsi. — Non expedivi.

6995 in amphora (XXXVI) reperta in villa detecta in fundo Santiai territorii Boscotrecase, evanida.

Descripsi. — και . . τιγου?

6996 in amphora (VIII) reperta ibidem.

3/4

Descripsi.

6997 in amphora (VIII) reperta ibidem.

3/4

Descripsi.

6998 in amphora (X) reperta 10 Iun. 1904 in caupona VI 16, 32.

3/4

Descripsi. — μαφαλ κερα?

6999 in collo amphorae (X) reperto in villa rustica quam annis 1903—1904 in regione *Pisanella* territorii Boscoreale eruderandam curavit Vincentius de Prisco, longa 0,055.

ΛΑΡΡΑΝΙΟϹ

ab altera parte ΘS

Descripsi.
Λαρρανίου?

7000 in amphora (XII) reperta in aedificio quod in regione *Crapolla* territorii Scafati eruderandum curavit Vincentius de Prisco.

3/4

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte.
Ἀντ(τιος) μ(?) κ ν δί Ἀθηνίωνος Ἐπα(φροδίτου?) ροκουν? Cf. 6469. 6470.

7001 in amphora (XIII) reperta in aedificio quod in fundo suo territorii Boscoreale eruderandum curavit Ioanna Zurlo.

ΠΝ 0,008
ΜΕΝ 0,025
Κ

Descripsi.

7002 in amphora (XII) reperta 7 Nov. 1903 in virdario aedium VI 16, 36.

ΜΕΝΑΝΔΡ V Π

Descripsi.

7003 in fragmento amphorae reperto 13 Iun. 1904 in eadem caupona ubi 6998.

ΞΕΝ

Descripsi.

7004 in amphora (VIII) reperta in villa detecta in fundo Santini territorii Boscotrecase.

M ΠΟΜ
ΙΥΠΩΝΟΣ
ΛΥΤ

Descripsi 1904. — M. Πομ(πωνίου? — πηίου?) [Τε]ύπωνος Λύτ(τιος). Cf. 6472 ss.

7005 in amphora reperta 7 Aug. 1903 in fullonica VI 16, 6.

a CΞ

b carbone Π

Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 351.

7006 in amphora (X) reperta 20 Iul. 1904 in aedibus VI 16, 30.

a CΕΡΑΠΙC
ΔΩΡΑ

et ad d. prope ansam

[illegible]

b in amphorae ventre, lapide albo ad perpendiculum scriptum

SEC 0,065

Descripsi.
a cf. 6546; quod prope ansam scriptum est non expedivi.

7007 in amphora (XII) reperta in villa detecta in fundo Santini territorii Boscotrecase, evanida.

[illegible] ΚΑΙΝΟC

Descripsi. — . . . καινός?

AVCTARIVM ADDENDORVM.

Aestate et autumno huius anni 1907 detegi coeptum est regionis quintae insulae secundae latus septentrionale et prodierunt aliquot inscriptiones et pictae et graphio exaratae, e quibus una tantum, 6609, suo loco inseri potuit. Repertum est praeterea extra portam Nolanam monumentum sepulcrale, cui et ipsi duo tituli inscripti sunt. Monumentum latet adhuc sub terra, ita tamen ut inspici possit. Et titulos quidem insulae V 2 descripsi, contulit rogatu meo Antonius Sogliano, correctis nonnullis et additis quae cum ego describerem legi non poterant. Quae monumento inscripta sunt descripsit diligenter ut solet Matthaeus Della Corte, cuius apographa benigne mecum communicavit Sogliano.

TITVLI PICTI RECENTIORES.

REG. V INS. 2.

7008 ad sin. ostii aedium quae aedibus *delle nozze d'argento* ab occidente adiacent.

0,20 HELVIVM AED 0,28

Descripsi; contulit Sogliano.

7009 ad d. 7008, colore nigro.

CASELLIVM 0,28
AED OF 0,14

Descripsi; contulit Sogliano.

7010 ad sin. ostii quod est ab aedibus *delle nozze d'argento* secundum, colore nigro.

CASELLIVM 0,25
AED OF 0,17

Descripsi; contulit Sogliano.

7011 inter ostia quae sunt ab aedibus *delle nozze d'argento* secundum et tertium litteris subtilioribus et nitidis.

C VESTORIVM PRISCVM AED 0,0

Descripsi; contulit Sogliano.

7012 infra 7011.

CASELLIVM ET
ALBVCIVM · AED OF

Descripsi; contulit Sogliano.

V. 2 recte legit Sogliano; ego mihi visus eram legere VEDIVM.....

7013 ad d. 7011, litteris magnis.

L CORDIVM AE*d*

Descripsit Sogliano. — Cordios habes 6931.

7014 ad d. 7013.

C LAECANIVM ·
.....SSVM · Q · V · a · L.....LLA · HOC · IVBET

Descripsimus ego et Sogliano.

V. 2 dedi ex apographo Sogliani; primum S, mox E(?) . . . LL(?) A·H cum ego describerem legi non poterant. *Successum q(uinquennalem) v(irum) b(onum). Li[be]lla(?). hoc iubet.* MM. Alleios Luccios Libellas habes X 896. 1036.

7015 ad sin. ostii quod est primum ab angulo occidentali, colore nigro.

CASELLIVM
AED OF

Descripsi; contulit Sogliano.

GRAPHIO INSCRIPTA.

REG. V INS. 2.

7016 ad d. ostii aedium *delle nozze d'argento*, in tectorio fusco, longa 0,09.

C ATILIVS

Descripsi; contulit Sogliano.

C. Atilius.

7017 ad d. ostii aedium quae aedibus *delle nozze d'argento* ab occidente adiacent, in tectorio fusco, longa 0,09.

GELAMINIVS

Descripsi; dedi ex apographo meo a Sogliano correcto.

G. Plaminius pro *C. Flaminius*? — *Gelaminius*? Sogliano.

7018 ad d. 7016, longa 0,70.

MARITIMVS 0,12

Descripsi; contulit Sogliano.

7019 ad d. 7017, longa 0,02.

COMM

Sic Sogliano; ego descripseram CVMM . . *Comm(unis)*?

MONVMENTVM QVOD EST EXTRA PORTAM NOLANAM.

7020 iuxta tituli sepulcralis versum tertium, lapide rubro; prima F alta 0,04.

FIILI CIO CVM FRVCTO HAC

Descripsit Della Corte.

7021 ad sin. ultimi versus tituli sepulcralis, carbone, litteris altis 0,04.

DIANISIS

Descripsit Della Corte.
Fuit haud dubie DIANIISIS.

AVCTARIVM ADDENDORVM ALTERVM.

TITVLI PICTI RECENTIORES.

REG. V INS. 1.

7022 ad d. ostii quod in insulae latere septentrionali est secundum ab oriente, in podii tectorio rudi (*Ziegelstuck*), litteris subtilibus.

. . . . . . M · AED 0,12

